VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 0
22 91
14. 7. B. 46.

CAESARI[illegible]
[illegible] Y O L I

[illegible]



[illegible]

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI.

DE DIVINIS ATTRIBVTIS, QVAE SEPHIROT AB HEBRÆIS NVNCVPANTVR.

Ad CAESAREM MAXIMILIANVM *Secundum.*

EIVSDEM.

De cauſis Antipathiæ & Sympathiæ rerum naturalium.

EIVSDEM.

De modo & poteſtate quam Dæmones habent intelligendi, ac commouendi conceptus animæ, paſſionisquè appetitus.

EIVSDEM.

Apologia pro Vrſula Neapolitana, quæ acceſſit ad Vrbem anno 1583.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, MDLXXXIX.

Apud Dominicum de Farris.

MAXIMILIANO II.

IMPRATORI ROMANO.

CAESAR AEVOLVS

NEAPOLITANVS.

SAPIENTES ferè omnes, qui mentis ſuæ acie arcana diuina magis penetrarunt, duo arbitrati ſunt ſigna à Deo Opt. Max. frōtibus Imperatorum celari: quorum alterum timorem ac metum incutit; alterum verò ad amorem, atquè beneuolentiam animos inuitat. Diuina iſta ſigna primo ſtatim tempore cum ad Aulam tuam confugerem fronti tuæ impreſſa ad huiuſmodi paſſiones animum meum excitauerunt. Poſtea verò, cum egregias tuas virtutes, ſingulareſq; in te, tanquàm in ſpeculo prẹlucentes animi dotes admirarer, non ex illis tantùm, quas in te pri-

mùm animaduerteram, ſed ex alijs quoq; cauſis motas in me perſpexi paſſiones in dies augeri. Virtutum enim animi tui iuſtitia, fortitudoquè, turbatos animorum motus cohibent: incredibiliq; conatu, ut te extimeſcant, vereantur, atq; obſeruient, omnes impellunt affabilitas verò tua, manſuetudo, atq; Eutrapelia, cum ceteris virtutibus tuis ſemper coniunctæ, amorem, beneuolentiamq; animis inducunt. Quibus ego permotus cauſis, paſſiones in me tranſfuſas, magis magiſq; confirmari re ipſa experior. Propterea, quoniam animi paſſiones in bonum relatæ, ut effectus bonos ferant, palàm proferri debent: quantum in me fuit, quantumq; uel labore conniti, uel ſtudio aſſequi potui, elaboraui: vt illas, quibus valdè afficior, ex fortitudine tua, iuſtitiaq; ortas, omni humilitatis geſtu, debitæq; obſeruantiæ cultu cumulatè explerem. Reliquas verò ex alijs uirtutibus tuis emanãtes, proſequẽdas mihi omni ſtudio ſine exceptione laboris, aut occupationis ſum arbitratus; offerendo tibi quicquid à me pro uirili (quæ tibi qualiſcunq; ſemper debetur) præſtari poteſt. Idcirco, hunc uolui libellum, non pau-

cis

cis laboribus abſolutum tibi dedicare, ac immortali nomini tuo conſecrare. Hoc tu munuſculum, illa animi alacritate admitte, qua ſoles Congiaria, Niceteriaq; tuis cumulatiſſimè elargiri. Vale inuictiſſime Cæſar, & tantam virtutum animi tui curam habeas, quanta ſemper Cæſar Aeuolus, tuus humillimus ſeruus, ſeruitijs tuis erit abdictus.

IN DIVINA ATTRIBVTA
PROOEMIVM.

HOMINIS naturam (quemadmodum cenſet Plato) extremis quibuſdam Deus attemperauit, nam rationalis ipſius pars in medio poſita, hinc radios participat mentis, inde corporis utitur miniſterio. Ergo vt homo ſuas impleat partes, par eſt, vt qua mentem attingit, ſe ad ſuperiora conuertat: qua rationalis nullum debet ſtudium atq; laborem prætermittere, vt ſeipſum agnoſcat. Prout verò vtitur corpore, expedit ut ſe tradat ad humanarum regimen rerum. Quoniam autem non poteſt alios, nec ſemetipſum regere qui ueritatis lumine verum à falſo, bonumq; à malo ſeligere neſcit. Cum pro certo tenere debeamus, neminem poſſe veritatem adipiſci, dùm intellectus lumine vacat, oportet nos aciem mentis ad Deũ erigere. Deus enim illuſtrans mentem, abradit rubiginem omnem; reuocat nos ad ueritatem, ac inde proſequimur bonum. Quare cum inter omnes ſcientias Metaphyſica magis erigat animum, non ab re ſapientes omnes profitentur illam eſſe utiliorem, nobilioremq; alijs. Nobiliorẽ ſanè, quo-

niam

niam uerſatur circa res omninò à materia ſeiunctas. Vtiliorem uerò, quoniam ex ea uires animæ maius recipiunt incrementum. Et ſi alias omnes ſcientias, tùm nobilitate, tùm etiam utilitate antecellit, partes eius tamen non ſunt inter ſe æquales & pares. Deum enim perſcrutantes, uel aliquid Dei, præſtantiores illis ſunt, quæ immobilia Entia ab alio deriuata ſpeculantur. Quò fit, ut ſcientia de Diuinis Attributis, quæ Hebræi Sephirot nuncuparunt, ſit longè præſtantior alijs, quarum ſubiectum eſt ens creatum immobile. Itaq; ut ſeriem proſequamur doctrinæ (quàmuis hoc admodum ſit difficile, ac oneroſum) de his prius generatìm, poſtmodum ſpeciatìm differendum eſt. At quoniam in iuuentutis initio me ipſum in ſententiam Hebræorum conferens, multa de his retuli, quæ in ordinem ſcientiæ colligi minimè queunt, in conſiſtenti ætate firmiorem doctrinā proſequens, congruum eſt, ut non ſolùm illa deleam, verùm etiam veritatis gratia dictis eorum aduerſer, & tantum illa recenſeam, quæ conſtanti aliqua ratione confirmari queunt.

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI,

De Diuinis Attributis, quæ Sephirot ab Hebræis nuncupantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quod in præſenti ſermone vera demonſtratio minimè expetenda eſt.

EORUM, quæ exiſtunt, quædam (ut Peripatetici ferunt) abſque materia ſenſibili, nec eſſe, nec definiri queunt: quædam verò ad hoc, ut ſint, materia indigent; In eorum uerò definitione non interponitur: Quædam ſanè nullo pacto cum materia conueniunt, nec quantum ad eſſe, nec quantum ad quod quid eſt. Res verò exiſtentes in materia, ſine qua definiri nequeunt, vel generantur & corrumpuntur, vel nullam, niſi ab Vbi, mutationem patiuntur. Quæ corruptionem ſubeunt. Elementa quidem, Metalla, Plantæ, Animalia, & lapides, poſſunt tam in genere, quam in differentia affirmatiuam obtinere. Quæ verò tantùm ad Vbi mutationem ferunt, vt eſt corpus cæleſte, in genere affirmatiuam, in differentia negatiuam recipiunt. Definitio autem quorum eſſe in materia exiſtit, abſtractione verò

intellectus procul à materia definiuntur, tàm genus, quàm differentia affirmatiuam conſequitur. Quæ verò nullo pacto cum materia conueniunt, vel habent eſſe receptum, & quidditatem indicant, quæ eſt aliud ab exiſtentia: vel ſunt penitus quidditatis expertia, & eorum eſſe in alio non recipitur; Quæ verò quidditatem ſortiuntur, ſunt ipſæ intelligentiæ, de quibus differendo, poſſumus aliquo pacto ſecundum communitatem generis affirmatiuè agere: non autem quantum ad differentiam; nam ſi in genere affirmatiua, in differentia ratione conuerſa, negatiua intercluditur; Quæ verò tantùm eſſe aſſequuntur, quoniam differentiam non habent, nec genus in aliquod reducuntur, à definitionis terminis, nullo pacto comprehendi poſſunt, ideoq; de his, nec quantum ad genus, nec quantum ad differentiam; aliquid affirmatiuè ratiocinari poſſumus, propterea in noſtro quidem ſermone vera demonſtratio expetenda non eſt. Principium enim demonſtrationis eſt ipſa definitio: Et demonſtratiońem abſq; definitione non contigit eſſe. Quare cùm hæc ſint omnino veræ definitionis expertia, intra terminos demonſtrationis non includuntur. Itaque ſi potiſſima noſtra oratio non eſt demonſtratione prædita, tamen quantum facultas fert, cunctis viribus enitemur, vt non ſit penitus orbata rationibus.

Quomodo inquirenda ſint diuina attributa.

DVM aliquis omne ſtudium atq; operam adhibet, vt poſſit aliquo pacto cuiuſpiam rei veritatem adipiſci, ſubindè conatibus eius difficultas occurrit, quæ quidem exoritur, vel ex deliquio in rebus exiſtente; uel ex imbecillitate intellectus: Cum enim elaboramus, vt natura rerum corruptibilium nobis innoteſcat, quemadmodum

ſunt tempus & motus, tunc difficultas in rebus exiſtit. Tempus enim & motus cùm continuè fluant ex ſua natura, non facilè dignoſcuntur. At verò cum mentem erigimus ad ea, quæ nullam patiuntur tranſmutationem, ſemperq; manent idem vt ſubſtantiæ ſeparatæ, tunc difficultas non illis ineſt, ſed potius intellectui, qui quidem, vt Ariſtoteles refert, habet ſe ad immaterialia, ſicut oculi Nicticoracum ad lumen Solis ex defectu proportionis potentiæ ad obiectum, & neceſſario per ſtringitur, ideoq; dùm tota acie incumbit, vt eorum quidditatem percipiat, facultas eius non fert, vt poſſit vera demonſtratione vti, imò ei ſola negatio conceditur, vel aliqua imbecillis demonſtratio, in qua ſemper genus aliquod negationis intercipitur.

Quid ſint Attributa.

AT quoniam omne quod eſſe habet, aut eſt materia, aut forma, aut corpus ſimplex ex vtraq; compoſitum, aut mixtum ex Elementis conflatum; aut Accidēs, aut compoſitum ex accidenti & Subſtantia, aut mens Angelica, aut Anima, aut Idea, aut Deus, aut uirtus ex Deo emanans, inquirendum erit quid ſint, & in quo Entiū genere collocentur diuina Attributa. Materia ſanè minimè dici queunt, nec aliquid cōmune cum ipſa habent; Eſt .n. hęc potentia tantū, & viciſſitudini generationis & corruptionis ſubijcitur, & quātitate continua ſibi coagmentata in infitū diuiditur: Illa verò ſemper eodē modo actu exiſtunt, mutationem non ſubeunt, nec diuiſionem aliquam patiuntur: itidem quoniam ſubſtantiæ materiales accidentibus fundamentum prębent, materiæq; fulcimento egent: at illa nec ſubſtant, nec ſubiecto aliquo innituntur, formæ ratione aliqua nuncupari non poſſunt. Si verò compoſitum ex vtroq;

dicerentur, aut eſſent Elementa, aut corpora Cæleſtia: Elementa quidem optimo iure dicuntur non eſſe, nam ſi forma Elementorum prorſus non corrumpitur, partes tamen eorum non ſunt ab interitu alienæ: Corpora autem cæleſtia, ſi non generantur & corrumpuntur, lationes tamen eorum propter potentiam ad Vbi illis inhærentem, & eorum, & interitum habent; ab illis verò omnis corruptio, omniſq; potentia procul abeſt, & quicquid in eis reperitur, eſt ſimplex eſſe, idem ſemper exiſtens. Mixtum autem quod eſt impermixtum & immateriale, modo aliquo vocari non poteſt, & eò magis, quòd Elementa ex quibus conflatur, ipſa generatione & tempore priora ſunt. Antè verò illa principium aliquod non exiſtit, nec eorum ſimplex eſſe mixtione aliqua poteſt ad deterius delabi. Accidentia verò quoniam inhærent corporibus compoſitis, aut materia, quando nullis terminis præfiniuntur, eſſe non poſſunt: Longè enim abſunt a materia, & cum per ſe exiſtant, ſubiecto non indigent, cui incumbant; Præterea compoſita ex Accidenti & ſubſtantia dici non poſſunt: tunc enim non vnum vnumquodq; eorum, ſed plura eſſet, & ex pluribus conſtans ueluti Ens per accidens in plura etiam diuideretur. Exiſtimandum quoque nõ eſt ſubſtantias ſeparatas eſſe; hæ ſanè habent eſſe receptũ: illa verò ſimplex & abſolutum. Minimè etiam verò poſſunt Anima dici. Anima enim quoad eſſe, inferior eſt ſubſtantijs ſeparatis, magiſque adhæret corpori. Ideæ quoq; non ſunt, nam extra mentem, vt ipſe Ariſtoteles docet, neutiquàm exiſtunt; In mente verò ſunt ſimulacra & ſpectra rerum; illa verò ſpectra non ſunt; nec eorum virtus in inferiora, tanquàm ex ſpectro transfunditur, ſed potius tanquàm ex cauſa mouente, vt inferius ex his quæ dicentur, palàm erit. Reſtat igitur, vt ſint ipſe Deus, vel aliquid ex Dei eſſe propendens. Deus ſanè non ſunt, quoniam ſumptus in ſua ſimpliciſſima vnitate, tàm ſecundum eſſe, quàm ratione indiuiduus

eſt.

eſt. Illa verò, ſi non in plura, quoad eſſe, ſaltem ratione diuiſibilia ſunt, quod neceſſariò erunt virtutes ſiue emanationes ex Deo egredientes, ſicut radij ex Solis ſubſtantia; Quare, ſi radij ſunt inſtrumenta, quibus ſol agit in mundo elementali exiſtente infra ſe, conſentaneum erit dicere, attributa eſſe Dei quaſi inſtrumenta quædam, quibus ipſe ſummus Opifex agit in his, quæ continentur ab eo, in ſubſtantijs ſcilicet ſeparatis, in mundo cęleſti, ac etiam in iſtis inferioribus: at ſi in hoc decenter congruunt, in reliquis verò nimium diſſident. Radij enim Solis ſenſu percipiuntur, emanant ex corpore, diſponunt tantum ſubiectum, ſunt finiti vigoris, non agunt in inferiora, ſi prius officio intelligentiarum, virtutem ex attributis non hauriunt; aduerſantur tenebris, tantumque agunt in his quæ educuntur ex hylæ potentia. Illa verò ſenſu non percipiuntur, à ſimpliciſſimo eſſe, non à corpore deriuantur: tribuunt eſſe omnibus, ſunt virtute infinita prædita; vigore proprio in omnibus agunt; vacant contrarietate, vireſque eorum non tantum ad genita ex materia protrahuntur; verùm etiam ad conſeruationem & propagationem rerum omnium. Nonnulli fortaſſe moleſtè ferunt illa. Inſtrumenta Dei vocari. Deus enim cùm ſit ſimpliciſſimus, & omninò materiæ, & conditionum materialium expers, inſtrumenta habere non poteſt: Enimverò per inſtrumenta intelligi debent. Dei vires quædam res quędam ſimpliciſſimi in eo exiſtentes, quę quidem non poſſunt proprijs nominibus enunciari. Idcirco vt verba noſtra ad captum hominis conferantur, cogimur his nominibus vti. Vndè multi ex Theologorum cætu iiſdem rationibus permoti, varia organa atque membra ipſi Deo tribuunt.

Quid ſint Attributa ſecundum aliam methodum.

EST etiam et alia methodus, & fortaſſe maioris pręſtantiæ, quæ non minus quàm negatio poteſt nos in hoc iuuare. In cuius ambitu, quamuis non ſit totalis negatio, haudquaquàm tamen obtingit, quin genus aliquod negationis intercipiatur, dum cauſas altiſſimas, ex motis in mouentia procedendo indagare nitimur. Propterea vt ſecundum methodum iſtam, fides aliqua de his accipiatur, animaduertere operæ præcium eſt, quod omne quod mouetur, vt Ariſtoteles refert, neceſſe eſt ab aliquo moueri, & quod mouet, ab altero; quoniam & ipſum mouetur, & rurſus hoc ab altero; At quoniam aliquid neceſſe eſt eſſe principium motus, ex eo quod impoſſibile eſt in infinitum abire, oportet aliquid immobile eſſe, quod primò ſit cauſa motus. Cui ſanè, quoniam ſimplex eſt, penituſque corporis expers, organa aliqua corporea adſcribi minimè poſſunt: ideoque dùm mouet, arbitrari debemus, non manibus, vel alio aliquo inſtrumento vti, ſed tantùm virtute ſua. Per quã quidem cùm à Deo cuncta moueatur, at etiam in plures intelligentias transfundatur, nomen inſtrumenti quodammodo ſibi vendicat: & ſi non ſui, ſaltem intelligentiarum ratione, in quas effunditur, in plures virtutes diuiditur; Vnde ex vna plures emanantes, iuxta ſimilitudinem quandam dicuntur eſſe illa Dei inſtrumenta, quibus ipſe agit in his, quæ continentur ab eo.

Quod de vnoquoq; eorum ſpeciatim diſſerendum ſit.


QVONIAM autē ab operatione intelligētiarū, prius & poſterius penitus excluditur; tantùm intelligendi viribus pollent, vt minimo intuitu abſquè ratiocinatione aliqua contingat eis quidditatem rerum percipere, quod prius vniuerſalia, poſtea verò particularia non intelligunt, ſed ſimul totam eſſentiam rei, quod intellectus noſter efficere non poteſt, nam cum aptus natus ſit vnum poſt aliud intelligere; fieri nequit, vt viribus ſuis in inſtanti quidditates rerum percipiat, ſed prius ei vniuerſalia, poſtmodum particularia occurrunt; Itaquè vt intellectus intelligendi ſeriem proſequamur, quoniam in communi demonſtratum eſt, quid ſint. Nunc ſpeciatim de unoquoque eorum diſſerendum eſt, quanquàm hoc operoſum ſit, laborisque immodici; quoniam de rebus in pręſentia agitur, quæ cum in plura, veluti naturales ſubſtantię, non multiplicentur, poſſumus de his pauca proferre; verùm modica ſimplicium rerum cognitio oblectationem maiorem nobis affert, quàm corruptibilium rerum quantumlibetmagna. Platonici verò arbitrati ſunt, naturales res vmbras incorruptibiliū eſſe. Quare ſi quis cognitionem earum aſſequitur, tunc vmbras, non ſubſtantias percipit; Qui verò ad immaterialia mentem erigit, deque ipſis ſcientiam adipſcitur, non vmbras tunc, ſed ſubſtantias per ſe exiſtentes, acie intellectus intuetur. Huic etiam Ariſtoteles ipſe aſſentitur, aſſerens quòd res illas ſuperius, &ſi leuiter attingere poſſumus; tamen ob eius cognoſcendi generis excellentiam, amplius oblectamur, quàm cùm hæc nobiſcum omnia iuncta tenemus; quemadmodum quamlibet partem, minimamque corporis

noſtrarum puellæ delitiarum uidiſſe gratius ac iucundius eſt quàm cæterorum hominum membra tota perſpexiſſe & con, trectaſſe; Idcirco oblectatione ſubiecti breuitas ſermonis compenſabitur.

Falſa Hæbræorum imaginatio.

SED antequàm vlterius procedamus, ſcire operæpretium exiſtimo, quòd ſicut Aſtrologi mundi Sphæram decem circulis diſpertiunt, ſic veteres, quò facilius res eluceſceret, hos decem ſcrutati ſunt circulos.

Cheter



Bina
chochma
Cheuora
Heſed
Tiferet
Nezach
Ieſod
Malchut

QVAM quidem imaginationem quoniam conformitate aliqua naturæ rei non reſpondet, futilem eſſe atq; mendacem arbitrari debemus; nam etſi intellectus aliquando nimia difficultate impulſus, ad ueritatem enucleandam, cogitur aliquid imaginari in natura non exiſtens: debet tamen eius abſtractio æqualitate aliqua, atq; congruentia, naturam rei proſequi, longeq; ab ea conditionibus omnibus non diſtare. Quare Platonici, (vt incolumis ſcientia habeatur) arbitrantur Ideas eſſe. Mathematici cogitatione à materia ſenſibili, magnitudinem abſtrahunt: Quę quidem facultas vtriſquè permittitur; cum Idea Ideato: magnitudoq; Mathematica, Phyſicæ magnitudini conformitate quadam reſpondeat; tãtùmq; in hoc differant, quod Idea, & magnitudo Mathematica in mente locum habent. Ideatum verò, & naturalis magnitudo, in rebus extra intellectum exiſtẽtibus; At inter illa, & orbiculares magnitudines: Symmetria & conformitas aliqua non reperitur. Vacant enim magnitudine, penituſq; ſunt materiæ expertia: ideoq; dùm hi conantur, quæ diuiſionem non ſuſtinent, nec dimenſione aliqua menſurantur, diuiſibili magnitudine oſtendere, intentioni ſuæ ipſorũ obſiſtendo: potius tenebras intellectui, quàm lumen inducunt. Proptereà ſi ad ea cognoſcenda non confert; inutile eſt indagare cur potius orbicularibus magnitudinibus, quàm angulos habentibus uſi ſunt. Et eò magis, ꝙ eorum rationes nullius ponderis, ueluti nugæ: non minùs à grauitate uerborum, quàm à demonſtratione recedunt. Dicebant enim orbes deſcripſiſſe ex eo, ꝙ ſicut in eis terminus nullus exiſtit; Eodẽ pacto, cùm illa ſint uigoris infiniti, termino aliquo nõ definiuntur. Quæ quidẽ ſimilitudo nullã affert neceſſitatẽ, & præcipuè, qm̃ ſi in orbe terminus actu non exiſtit, poſſumus tamẽ in eo plures terminos deſcribere. At qm̃ circularis magnitudo, uel ſicut Sphæra una tãtùm ſuperficie, vel ſicut orbis duabus ſuperficiebus definitur; Nęnias addendo nugis

profitebantur magnitudines,quibus illa oſtẽduntur, ueluti orbes duabus ſuperficiebus,concaua ſcilicet,& conuexa terminari. Nam ſi omne ens deriuatũ, ab eis continetur, & nihil eſt,quod ab eorum ordine exeat,merito eis illa figura aſſcribitur,in cuius concauitate multa contineri poſſunt. Propterea ſicut ſuperficies concaua corporis continentis,locus eſt rei locatæ,& rem ipſam complectens intra ſuperficiem partibus ſuis non permeat,ſic etiã ſimilitudine iſta, oporteret uirtutem Dei in partes entium intrinſecas non tranſire, ſed illa ſuperficiatenus tantùm amplecti,quod nefas eſt arbitrari; Virtus enim Dei omnia continet, in omnia intrinſecè permeat, omniaq; bonitate replet: Lineæ quoq; quæ inter orbes interponebantur,ut oſtenderent,ꝙ ſicut linæa ex uno orbe ad alios deriuantur,ſic etiam virtus eminentioris attributi iugiter ad alia ſe confert, nõ minus eorum imperitiam detegebant; nam interſtitijs inter eos exiſtentibus, uidetur unus eorum ab altero ſeiungi, & virtus Dei conſequenter, quæ nullam in ſe continet pluralitatem,omninò ſeparari,ꝙ ualdè incõgruum eſt.Nam etſi diuerſitas ex tali oritur principio,tantumq; ratione diuerſificatur ſecundum rerũ diuerſitatẽ ex eo deriuatam,non ob id in plura inter ſe diuerſa multiplicatur, imò ſemper idem in ſua unitate permanens, rerum diuerſitatem efficit, Adde his radios ex Cogma dimanantes,arcam, Candelabrum, figuramq; ſemiorbicularem, ſub ultimo orbe ex ordine locatã, etiam ſi imaginatio eorũ inanis non eſſet, ratione aliqua non poſſe in ambitu figuræ collocari; radij enim iuxta eorũ intentionem, intelligentias ipſis attributis inſeruientes denotat. Arca triplicem,mundũ intelligibilem quidẽ Cœleſtem atq; Elementalem;Candelabrũ ſeptem luminibus accẽſis,ſeptẽ Planetas:figura ſemiorbicularis ſubiectum in quod virtus ſuperiorũ emanationũ aceruatim tranſfunditur. Quod quidem,qm̃ res iſtæ omnes ab ipſis penitus diſtinguũtur,cum diuerſarum rerum diuer-

ſæ ſint ſcientiæ, dum cauſas altiſſimas indagare conabantur, inferiora perſcrutari minimè debebant; nam ſuperiora cum inferioribus commiſcendo, tale mentibus Chaos inferebãt, quale nobis aliquis afferret, ſi de proprietatibus, naturiſqu è Solis diſſerendo, vellet etiam de omnibus ſimul, quæ calore Solis exagitantur, examuſſim diſſerere, & ſi nos de Planetis, deq; intelligentijs mentionem facimus, ordo tamen ſcientię non euertitur; quoniam naturas eorum, proprietateſq; non perſcrutamur, ſed per ipſa ueluti per gradus nitimur in attributa ſcandere.

De primo Attributo, quod dicitur Cheter.

PRIMVM omnium rerum principium, uirtute cuius cetera omnium ſuum eſſe aſſequuntur, uel Cęlum motu metaphorico mouet, quemadmodum finis dicitur mouere appetitum, & tunc ſecũdum omnium ferè aſſertionem intelligentiarum non ũtitur officio, uel mouet mediatè ut cauſa prima intelligentijs virtutem tribuendo, quod Ariſtotelis non aduerſatur dictis, ex cuius ſententia accipitur, ipſum non ſolùm mouere ut finem, ſed etiam, ut agẽs primum. At quoniam ipſe Ariſtoteles aſſerit vniuerſum totum inſtar principatus ſe habere, arbitrari debemus, quòd ſicut Princeps aliorum miniſterio mãdata exequitur, ſic etiam ſummus Opifex Cęlum mediatè mouet, & eò magis, quod ſi inter virtutem infinitam & corpus finitum proportio nulla eſt; conſentaneum uidetur, ut inter hęc ſubſtãtia aliqua ſeparata intercipiatur, & ſi ẽt inter primũ principiũ, ſubſtãtiaſq; ſeparatas proportio nulla reperitur; tñ quia ſunt intelligibiles, hyleq; cõditionum expertes, plus naturæ primi mouẽtis adhærẽt, ac decenter conferunt ſe, ut uberius

virtutem Dei hauriant. Motus igitur, quo Cęlum fertur virtute primi mouentis, non immediatè fit, ſed ſubſtantiæ alicuius officio; quę quidem cum uigore proprio non moueat, oportet virtutem Cęlum deferentem à Deo emanare; at qm̃ ut antea retuli, Deus in omnia ſuis emanationibus influit, cùm congruum ſit, ut primæ intelligentię ſint in prima attributa relatæ; ſtatuendum eſt, primam intelligentiam, primũ mobile euoluẽtẽ ex primo Attributo, ꝙ uocatur Cheter, ſuã virtutem haurire, ex quo dici poteſt eſſe inſtrumentum, quo Deus officio primæ intelligentię ex oriente in occidentẽ primum mobile, ceteraq; corpora Cęleſtia euoluat; nam ceteri orbes diurno motu minimè per ſe mouentur, ſed latione primi, qui uirtute ex ſua emanatione ſuſcepta, alias Sphæras ſuo impetu rapit.

Quæ ſunt ex antiquorũ deſcriptione amouenda.

AT quoniam antea ritum Hebræórum proſequẽtes, non ſolùm eſſe inſtrumentũ ex oriente in occidentem primũ mobile deferens, ſed addentes eius deſcriptioni plures differentias quàm opus erat, diximus etiã officio ſuo Deũ munus uniuerſale generandi in primũ mobile, & conſequenter in alios orbes effundere: Et qm̃ omne quod continetur à Cęlo præter hominis uoluntatem à ſuperioribus emanationibus gubernatur, ſuarumq; virium ſuſcipit influxum; conſonum videbatur, ut inde munera noſtra hauriantur, quæ quidem uel emanant ex virtute per corpora Cęleſtia nobis delata, quemadmodum ſunt pulchritudo, corporiſq; robur, uel ſicut morales virtutes, ut ipſi dicebant immediatè ex Dei virtutibus deriuantur: quæ quidem à corporibus cęleſtibus inferri poſſe omninò negabant; imo multoties inclinatio Cęleſtis, aduerſante uirtute aliqua, in irritũ cedit. Contingit enim aliquando, ut Luna poſita in Libra ſiue in Capricorno, applicans ſe Marti, Veneriq;, excitet ali

quem

quem ad libidinem;qui ſanè inclinationem nõ ſequitur, ſed potius utitur continentia. Vnde virtus iſta, quæ aduerſatur diſpoſitioni Cœleſtium orbium,non ex corpore, ſed potius ex ipſis Attributis, uel ex Subſtantijs ſeparatis mouentibus Cœlũ,emanat; Ex ſubſtãtijs ſeparatis nõ cõtingit eſſe.Quicquid enim ex eis in inferiora tranſfunditur,non eſt immediate,ſed per corpora Cœleſtia delatũ,quò neceſſariò fit,ut abſque intelligentijs,medijſq; corporeis ab ipſis feratur Attributis. Quapropter ex omnibus his una communis deſcriptio eliciebatur,illud eſſe inſtrumentum, quo Deus per primam intelligentiam primum mobile ex oriente in occidentem deferens,ceteraſq; Sphœras munus uniuerſale generandi in Cœlum, virtuteſq; eminentiores in animam infunderet. Quapropter veteres in ordine ſcientiæ,ac etiam in veritate doctrinæ valdè delinquebant; Nunc enim non quærimus omnia perſcrutari,quæ ex illis ortum habent, ſed per inferiora (quantum facultas hominis fert) conamur de illis cognitionem aſſequi;propterea non opus eſt colligere omnia ex eis deriuata, ſed illa tantùm quæ ad ea cognoſcenda nos adiuuant.Ideoq; quoniam unica differentia poſſumus illud deſcribere,aſſerentes eſſe inſtrumentum,quo Deus per primam intelligentiam primum Cœlum euoluit:reliquæ differentiæ eius deſcriptioni fruſtra addentur;propterea in reliquis etiam eadem adhibita methodo, ſuperuacanea omnia adimentur, & illa tantùm deſcriptionibus erunt adhibita, quæ ad notitiam rei neceſſariò conferunt. Quò verò ad uirtutes,quamuis à corporibus Cœleſtibus non ſint nobis inſitæ,abſurdum eſt tamen arbitrari ex illis immediatè dimanare;ſunt enim habitus laudabiles, qui extrinſecus non accedunt,ſed frequentatis actibus ab homine generantur; idcirco non à Cœlo,nec ab ipſis emanationibus, ſed à noſtra uoluntate originem trahunt,quod ex eo cõfirmatur,quod virtutes non ingrediuntur in eſſentiam animæ,nec fluunt ex ip

ſa, ueluti differentia eſſentialis, uel ſicut proprietas, propterea non ſemper actu manent, ſed conſuetudine poſſunt remoueri, quod non contingeret, ſi eſſent nobis inſitæ à natura, nam quod alicui natura ineſt, ab eo impoſſibile eſt ſeparari. Et ſi dicerent actu uirtutes ex illis immediatè non exoriri, ſed diſpoſitionem quandam, cuius munere anima poteſt ſeipſam uirtutibus exornare, non propterea ſcopum veritatis attingerent, nam eiuſmodi diſpoſitio immediatè nõ emanat, nec ſine actione Cęleſtium corporum in ipſam trãſfunditur, quod perſpicuum erit, ſi accuratè ſpectabimus, cui animæ partes virtutes inhæreant. Dicunt propterea Peripatetici, fortitudinem, temperantiam, liberalitatem, magnificentiam, honoris amatiuam, magnanimitatem, manſuetudinem, uirtutem, affabilitatem, & Eutrapeliam in appetitu ſenſitiuo locum obtinere. Qui quidem, cum potentia corporea ſit, omneq; corporeum lationibus Cœleſtibus ſubijciatur, conſonum eſt arbitrari, hanc diſpoſitionem formam ſenſus proſequentem ſine officio Cœleſtium corporum non effici, & ſi intellectus & uoluntas in quibus prudentia & iuſtitia collocantur, ex Deo immediatè emanant, tamen (vt rectè Diuus Thomas (inquit) fieri nequit, ut in intellectũ dum corpori hæret, ſine phantaſia ſpecies intelligibiles deferantur, ideoq; phantaſmatibus permotus voluntatem conſulit, & voluntas vinculis omnibus ſoluta, conſultatione iam ſuſcepta, aliquid proſequitur, uel effugit, quod cum minime contingat ſine phantaſia, actio cęleſtis ab eo omninò non excluditur; nam (ut ipſemet Diuus Thomas inquit) cum phantaſia potentia corporea ſit, poteſt uirtute Cœleſti commoueri; & eius ſpectra ex ſuperioribus corporibus deriuari,

De ſecundo Attributo quod vocatur Chochma.


NVnc autem ſi vellemus antiquorum opinionem proſequi, malè quidem poſſet ſcientia noſtra in ordinem conferri; nam ipſemet Ariſtoteles, quoniam tempeſtate ſua nondum erat motus octauæ Sphęræ deprehenſus, cenſebat illam primum mobile eſſe; Qui verò cauſas altiſſimas penetrarunt, Attributa ſiue emanationes ex Deo egredientes, decem eſſe ſtatuerunt. Quare cum corpora mota virtutibus mouentibus numero non reſpondeant, non rectè poſſemus per ea quę mouentur, virtutes motrices indagare. Recentiores verò decimam atque nonam Sphęrā addiderunt, propter tertium in octauo globo deprehenſum motum, ideoq́ue cum eorum ſententia pondus habeat, apud eos qui certitudine doctrinæ alijs præſtant, debemus nos in eandem opinionem adduci; & eò magis quod orbes & emanationes cùm inter ſe numero pares exiſtant, facilius poſſumus vnicuiq́ue ſuperiorum emanationum, ſuum orbem tribuendo, ſcopam noſtrum attingere. Itaq́ue ſi primum Cælum, vt palàm ex habitis exiſtit, à Deo per primum Attributum officio primæ intelligentiæ motu diurno circulariter fertur, conſentaneum eſt, vt orbis immediatè poſt ipsū ſuccedens, per ſecundum Attributum in ſecundam intelligentiam virtutem effundens, ab occidente in orientem deferatur; quò fit, vt emanatio, quæ vocatur Chochmā, ſit Inſtrumentum, quo Deus officium ſecundę intelligentiæ, nonam Sphæram, & conſequenter octauam ex occidente in orientem euoluat; nam ſicut raptu primi Cæli, reliqui orbes diurno motu mouentur, ſic impetu nonæ Sphærę aduerſum primæ lationis octaua defertur.

C Quod

noſtrarum puellæ delitiarum uidiſſe gratius ac iucundius eſt quàm cæterorum hominum membra tota perſpexiſſe & con, trectaſſe; Idcirco oblectatione ſubiecti breuitas ſermonis compenſabitur.

Falſa Hæbræorum imaginatio.

SED antequàm vlterius procedamus, ſcire operæpretium exiſtimo, quòd ſicut Aſtrologi mundi Sphæram decem circulis diſpertiunt, ſic veteres, quò facilius res eluceſceret, hos decem ſcrutati ſunt circulos.


cheter
Bina
choch ma
Cheuora
Heſed
Tiferet
Nezach
hod
Ieſod
Malchut

QVAM quidem imaginationem quoniam conformitate aliqua naturæ rei non reſpondet, futilem eſſe atq; mendacem arbitrari debemus; nam etſi intellectus aliquando nimia difficultate impulſus, ad ueritatem enucleandam, cogitur aliquid imaginari in natura non exiſtens: debet tamen eius abſtractio æqualitate aliqua, atq; congruentia, naturam rei proſequi, longeq; ab ea conditionibus omnibus non diſtare. Quare Platonici, (vt incolumis ſcientia habeatur) arbitrantur Ideas eſſe. Mathematici cogitatione à materia ſenſibili, magnitudinem abſtrahunt: Quę quidem facultas vtriſquè permittitur; cum Idea Ideato: magnitudoq; Mathematica, Phyſicæ magnitudini conformitate quadam reſpondeat; tãtùmq; in hoc differant, quod Idea, & magnitudo Mathematica in mente locum habent. Ideatum verò, & naturalis magnitudo, in rebus extra intellectum exiſtẽtibus; At inter illa, & orbiculares magnitudines: Symmetria & conformitas aliqua non reperitur. Vacant enim magnitudine, penituſq; ſunt materiæ expertia: ideoq; dùm hi conantur, quæ diuiſionem non ſuſtinent, nec dimenſione aliqua menſurantur, diuiſibili magnitudine oſtendere, intentioni ſuæ ipſorũ obſiſtendo: potius tenebras intellectui, quàm lumen inducunt. Propterea ſi ad ea cognoſcenda non confert; inutile eſt indagare cur potius orbicularibus magnitudinibus, quàm angulos habentibus uſi ſunt. Et eò magis, ꝙ eorum rationes nullius ponderis, ueluti nugæ: non minùs à grauitate uerborum, quàm à demonſtratione recedunt. Dicebant enim orbes deſcripſiſſe ex eo, ꝙ ſicut in eis terminus nullus exiſtit; Eodẽ pacto, cùm illa ſint uigoris infiniti, termino aliquo nõ definiuntur. Quæ quidẽ ſimilitudo nullã affert neceſſitatẽ, & præcipuè, qm̃ ſi in orbe terminus actu non exiſtit, poſſumus tamẽ in eo plures terminos deſcribere. At qm̃ circularis magnitudo, uel ſicut Sphæra una tãtùm ſuperficie, vel ſicut orbis duabus ſuperficiebus definitur; Nęnias addendo nugis

profitebantur magnitudines,quibus illa oſtēduntur, ueluti orbes duabus ſuperficiebus,concaua ſcilicet,& conuexa terminari. Nam ſi omne ens deriuatū, ab eis continetur, & nihil eſt,quod ab eorum ordine exeat,merito eis illa figura aſſcribitur,in cuius concauitate multa contineri poſſunt. Propterea ſicut ſuperficies concaua corporis continentis,locus eſt rei locatæ,& rem ipſam complectens intra ſuperficiem partibus ſuis non permeat,ſic etiā ſimilitudine iſta, oporteret uirtutem Dei in partes entium intrinſecas non tranſire, ſed illa ſuperficiatenus tantùm amplecti,quod nefas eſt arbitrari; Virtus enim Dei omnia continet, in omnia intrinſecè permeat, omniaq; bonitate replet: Lineæ quoq; quæ inter orbes interponebantur,ut oſtenderent,ꝙ ſicut linæa ex uno orbe ad alios deriuantur,ſic etiam virtus eminentioris attributi iugiter ad alia ſe confert, nō minus eorum imperitiam detegebant; nam interſtitijs inter eos exiſtentibus, uidetur unus eorum ab altero ſeiungi,& virtus Dei conſequenter, quæ nullam in ſe continet pluralitatem,omninò ſeparari,ꝙ ualdè incōgruum eſt.Nam etſi diuerſitas ex tali oritur principio,tantumq; ratione diuerſificatur ſecundum rerū diuerſitatē ex eo deriuatam,non ob id in plura inter ſe diuerſa multiplicatur, imò ſemper idem in ſua unitate permanens, rerum diuerſitatem efficit, Adde his radios ex Cogma dimanantes,arcam,Candelabrum, figuramq; ſemiorbicularem, ſub ultimo orbe ex ordine locatā, etiam ſi imaginatio eorū inanis non eſſet, ratione aliqua non poſſe in ambitu figuræ collocari; radij enim iuxta eorū intentionem, intelligentias ipſis attributis inſeruientes denotat. Arca triplicem,mundū intelligibilem quidē Cęleſtem atq; Elementalem;Candelabrū ſeptem luminibus accēſis,ſeptē Planetas:figura ſemiorbicularis ſubiectum in quod virtus ſuperiorū emanationū aceruatim tranſfunditur. Quod quidem,qm̄ res iſtæ omnes ab ipſis penitus diſtinguūtur,cum diuerſarum rerum diuer-

ſæ ſint ſcientiæ, dum cauſas altiſſimas indagare conabantur, inferiora perſcrutari minimè debebant; nam ſuperiora cum inferioribus commiſcendo, tale mentibus Chaos inferebãt, quale nobis aliquis afferret, ſi de proprietatibus, naturiſque Solis diſſerendo, vellet etiam de omnibus ſimul, quæ calore Solis exagitantur, examuſſim diſſerere, & ſi nos de Planetis, deq; intelligentijs mentionem facimus, ordo tamen ſcientię non euertitur; quoniam naturas eorum, proprietateſq; non perſcrutamur, ſed per ipſa ueluti per gradus nitimur in attributa ſcandere.

De primo Attributo, quod dicitur Cheter.

PRIMVM omnium rerum principium, uirtute cuius cetera omnium ſuum eſſe aſſequuntur, uel Cęlum motu metaphorico mouet, quemadmodum finis dicitur mouere appetitum, & tunc ſecũdum omnium ferè aſſertionem intelligentiarum non utitur officio, uel mouet mediatè ut cauſa prima intelligentijs virtutem tribuendo, quod Ariſtotelis non aduerſatur dictis, ex cuius ſententia accipitur, ipſum non ſolùm mouere ut finem, ſed etiam, ut agẽs primum. At quoniam ipſe Ariſtoteles aſſerit vniuerſum totum inſtar principatus ſe habere, arbitrari debemus, quòd ſicut Princeps aliorum miniſterio mãdata exequitur, ſic etiam ſummus Opifex Cęlum mediatè mouet, & eò magis, quod ſi inter virtutem infinitam & corpus finitum proportio nulla eſt; conſentaneum uidetur, ut inter hęc ſubſtãtia aliqua ſeparata intercipiatur, & ſi ẽt inter primũ principiũ, ſubſtãtiaſq; ſeparatas proportio nulla reperitur; tñ quia ſunt intelligibiles, hyleq; cõditionum expertes, plus naturæ primi mouẽtis adhærẽt, ac decenter conferunt ſe, ut uberius

vir-

virtutem Dei hauriant. Motus igitur, quo Cęlum fertur virtute primi mouentis, non immediatè fit, ſed ſubſtantiæ alicuius officio; quę quidem cum uigore proprio non moueat, oportet virtutem Cęlum deferentem à Deo emanare; at q͂m ut antea retuli, Deus in omnia ſuis emanationibus influit, cùm congruum ſit, ut primæ intelligentię ſint in prima attributa relatæ; ſtatuendum eſt, primam intelligentiam, primũ mobile euoluẽtẽ ex primo Attributo, ꝙ uocatur Cheter, ſuã virtutem haurire, ex quo dici poteſt eſſe inſtrumentum, quo Deus officio primæ intelligentię ex oriente in occidentẽ primum mobile, ceteraq́; corpora Cęleſtia euoluat; nam ceteri orbes diurno motu minimè per ſe mouentur, ſed latione primi, qui uirtute ex ſua emanatione ſuſcepta, alias Sphæras ſuo impetu rapit.

Quæ ſunt ex antiquorũ deſcriptione amouenda.

AT quoniam antea ritum Hebræorum proſequẽtes, non ſolùm eſſe inſtrumentũ ex oriente in occidentem primũ mobile deferens, ſed addentes eius deſcriptioni plures differentias quàm opus erat, diximus etiã officio ſuo Deũ munus uniuerſale generandi in primũ mobile, & conſequenter in alios orbes effundere: Et q͂m omne quod continetur à Cęlo præter hominis uoluntatem à ſuperioribus emanationibus gubernatur, ſuarumq́; virium ſuſcipit influxum; conſonum videbatur, ut inde munera noſtra hauriantur, quæ quidem uel emanant ex virtute per corpora Cęleſtia nobis delata, quemadmodum ſunt pulchritudo, corporiſq́; robur, uel ſicut morales virtutes, ut ipſi dicebant immediatè ex Dei virtutibus deriuantur: quæ quidem à corporibus cęleſtibus inferri poſſe omninò negabant; imo multoties inclinatio Cęleſtis, aduerſante uirtute aliqua, in irritũ cedit. Contingit enim aliquando, ut Luna poſita in Libra ſiue in Capricorno, applicans ſe Marti, Veneriq́;, excitet ali

quem

quem ad libidinem;qui ſanè inclinationem nõ ſequitur, ſed potius utitur continentia.Vnde virtus iſta, quæ aduerſatur diſpoſitioni Cœleſtium orbium,non ex corpore, ſed potius ex ipſis Attributis, uel ex Subſtantijs ſeparatis mouentibus Cœlũ,emanat; Ex ſubſtãtijs ſeparatis nõ cõtingit eſſe.Quicquid enim ex eis in inferiora tranſfunditur,non eſt immediatè,ſed per corpora Cęleſtia delatũ,quò neceſſariò fit,ut abſque intelligentijs,medijſq́; corporeis ab ipſis feratur Attributis. Quapropter ex omnibus his una communis deſcriptio eliciebatur,illud eſſe inſtrumentum, quo Deus per primam intelligentiam primum mobile ex oriente in occidentem deferens,ceteraſq́; Sphęras munus uniuerſale generandi in Cœlum, virtuteſq́; eminentiores in animam infunderet. Quapropter veteres in ordine ſcientiæ,ac etiam in veritate doctrinæ valdè delinquebant; Nunc enim non quærimus omnia perſcrutari,quæ ex illis ortum habent, ſed per inferiora (quantum facultas hominis fert) conamur de illis cognitionem aſſequi;propterea non opus eſt colligere omnia ex eis deriuata, ſed illa tantùm quæ ad ea cognoſcenda nos adiuuant.Ideoq́; quoniam unica differentia poſſumus illud deſcribere,aſſerentes eſſe inſtrumentum,quo Deus per primam intelligentiam primum Cęlum euoluit:reliquæ differentiæ eius deſcriptioni fruſtra addentur;propterea in reliquis etiam eadem adhibita methodo, ſuperuacanea omnia adimentur, & illa tantùm deſcriptionibus erunt adhibita, quæ ad notitiam rei neceſſariò conferunt. Quò verò ad uirtutes,quamuis à corporibus Cęleſtibus non ſint nobis inſitæ,abſurdum eſt tamen arbitrari ex illis immediatè dimanare;ſunt enim habitus laudabiles, qui extrinſecus non accedunt,ſed frequentatis actibus ab homine generantur; idcirco non à Cęlo,nec ab ipſis emanationibus, ſed à noſtra uoluntate originem trahunt,quod ex eo cõfirmatur,quod virtutes non ingrediuntur in eſſentiam animæ,nec fluunt ex ip

ſa,ueluti differentia eſſentialis,uel ſicut proprietas, propterea non ſemper actu manent, ſed conſuetudine poſſunt remoueri,quod non contingeret, ſi eſſent nobis inſitæ à natura,nam quod alicui natura ineſt, ab eo impoſſibile eſt ſeparari. Et ſi dicerent actu uirtutes ex illis immediatè non exoriri,ſed diſpoſitionem quandam, cuius munere anima poteſt ſeipſam uirtutibus exornare, non propterea ſcopum veritatis attingerent, nam eiuſmodi diſpoſitio immediatè nõ emanat,nec ſine actione Cęleſtium corporum in ipſam trãſfunditur,quod perſpicuum erit,ſi accuratè ſpectabimus,cui animæ partes virtutes inhæreant.Dicunt propterea Peripatetici,fortitudinem,temperantiam,liberalitatem, magnificentiam,honoris amatiuam,magnanimitatem, manſuetudinem, uirtutem, affabilitatem, & Eutrapeliam in appetitu ſenſitiuo locum obtinere.Qui quidem,cum potentia corporea ſit,omneq; corporeum lationibus Cœleſtibus ſubijciatur,conſonum eſt arbitrari,hanc diſpoſitionem formam ſenſus proſequentem ſine officio Cœleſtium corporum non effici,& ſi intellectus & uoluntas in quibus prudentia & iuſtitia collocantur, ex Deo immediatè emanant, tamen (vt rectè Diuus Thomas(inquit)fieri nequit,ut in intellectũ dum corpori hæret,ſine phantaſia ſpecies intelligibiles deferantur,ideoq; phantaſmatibus permotus voluntatem conſulit, & voluntas vinculis omnibus ſoluta, conſultatione iam ſuſcepta,aliquid proſequitur, uel effugit, quod cum minime contingat ſine phantaſia,actio cęleſtis ab eo omninò non excluditur;nam (ut ipſemet Diuus Thomas inquit)cum phantaſia potentia corporea ſit, poteſt uirtute Cœleſti commoueri;& eius ſpectra ex ſuperioribus corporibus deriuari,

De

De ſecundo Attributo quod vocatur Chochma.

NVNC autem ſi vellemus antiquorum opinionem proſequi, malè quidem poſſet ſcientia noſtra in ordinem conferri; nam ipſemet Ariſtoteles, quoniam tempeſtate ſua nondum erat motus octauæ Sphęræ deprehenſus, cenſebat illam primum mobile eſſe; Qui verò cauſas altiſſimas penetrarunt, Attributa ſiue emanationes ex Deo egredientes, decem eſſe ſtatuerunt. Quare cum corpora mota virtutibus mouentibus numero non reſpondeant, non rectè poſſemus per ea quę mouentur, virtutes motrices indagare. Recentiores verò decimam atque nonam Sphęrã addiderunt, propter tertium in octauo globo deprehenſum motum, ideoque cum eorum ſententia pondus habeat, apud eos qui certitudine doctrinæ alijs præſtant, debemus nos in eandem opinionem adduci; & eò magis quod orbes & emanationes cùm inter ſe numero pares exiſtant, facilius poſſumus vnicuique ſuperiorum emanationum, ſuum orbem tribuendo, ſcopum noſtrum attingere. Itaque ſi primum Cælum, vt palàm ex habitis exiſtit, à Deo per primum Attributum officio primæ intelligentiæ motu diurno circulariter fertur, conſentaneum eſt, vt orbis immediatè poſt ipsũ ſuccedens, per ſecundum Attributum in ſecundam intelligentiam virtutem effundens, ab occidente in orientem deferatur; quò fit, vt emanatio, quæ vocatur Chochma, ſit Inſtrumentum, quo Deus officium ſecundę intelligentiæ, nonam Sphæram, & conſequenter octauam ex occidente in orientem euoluat; nam ſicut raptu primi Cæli, reliqui orbes diurno motu mouentur, ſic impetu nonæ Sphærę aduerſum primæ lationis octaua defertur.

Quod Attributa inter ſe non coæquantur.

EORVM autem quę inferiora ſunt, omnes ferè Sapientes communi aſſertione profitentur à ſuperioribus virtutem recipere: ideoque ſuperiora agenti, inferiora paſſo conferentes, ſicut in iſtis inferioribus, agẽtia maioris præſtantiæ ſunt, quàm ea quæ patiuntur; eodem pacto in cauſis altiſſimis putabant à nobilitate ſuperiorum recedere, quæ ex illis virtutem hauriunt, quam ſententiam uarijs ſimilitudinibus promulgantes, nonnulli inferiora Lunę, ſuperiora Soli conferebant; nam ſicut altera radijs alterius augetur, eodem pacto inferiora virtute ſuperiorum replentur; nonnulli verò videntes formam in materiam agere, non autem materiam in formam; inferiora materiæ; ſuperiora formę conferebant. Alij verò inferiora intellectui paſſibili; ſuperiora ad Agentem comparabant, ex eo quod altera earum, eſt potentia paſſiua: altera verò inter agentia collocatur; verum imbecilli ratione ex ſimilitudine tranſlata utentes, multa retulerunt, quę intellectum non explent. Oportebat enim non ſolùm ſimilitudines cumulare, ſed firmiora & principia ſtatuere, ideo valdè congruum erit animaduertere, virtutem à Deo in ſubſtantias ſeparatas effuſam, in ipſo primo optimo, diuinoque principio vnam, eandemque indiuiſibilem eſſe; quę in plures non diuiditur, nec multitudinem aliquam continet. Et quoniam intelligentię ipſam excipientes multę ſunt atque ſeiunctę, virtus in Deo indiuiſibilis in intelligentijs diſtinguitur; Propterea ſi in ipſo Deo vna eademque eſt: in eodem vtique conſpectu pluralitatem aliquam non amplectens, altera non erit altera pręſtantior. Plus enim minusvè non datur in vno & eodem, ſecundum idem, ſed neceſſariò oportet, vt ſaltem inter duo omnino

ſeiuncta reperiantur, quorum rei collatæ, alterum plus, alterum minus participet. Nobilitas igitur augetur vel remittitur pro conditione ſubiecti, in quo virtus recipitur, vt quò magis ipſum primo mouenti hęret, hoc vberius diuinarum emanationum influxum ſuſcipiat, quare in primam intelligentiam plus virtutis Dei effunditur, quàm in ſecundam: & plus in alteram poſt ſecundam ordinatè ſuccedentem, quàm in poſteriores; Ideoque primum Attributum non in Deo, ſed in prima intelligentia: ſecundum in ſecunda intelligentia nobilitate pręcedit, & eadem ratione ſuperiora omnia in ſuis ſuperioribus intelligentijs, erunt pręſtantiora poſterioribus in ſuis poſterioribus intelligentijs; pari quoq; ratione ſi inferiores emanationes à ſuperioribus virtutem recipiunt, non ob id cenſere debemus ex vna earum in Deo exiſtente, in alteram virtutem emanare. Hoc enim illis accidit, quę ſunt omninò ſeiuncta; quod quidem cum virtus Dei in ſe vna, eademque indiuiſibilis ſit, impoſſibile eſt, vt ex ſe ipſa vigorem ſuſcipiat: ſed potius vt ipſa in intelligentijs cumulata atq; ſeiuncta, adeò in ipſis roboretur, vt ſicut inferiores intelligentiæ ex ſuperioribus virtutem hauriunt; ſic virtus Dei, quę eſt in poſterioribus intelligentijs, ex virtute quę eſt in ſuperioribus, incrementum ſuſcipiat, quoniam vires ſuperiorũ, inferioribus conferuntur, & ex iſtis in ſuperiora virtus aliqua non transfunditur, meritò non coęquantur.

Quod incongruum fuit ponere cauſas motrices, non mouentes.

SI tantam eſſet homo facultatem adeptus, vt in rebus ferè omnibus poſſet veram demonſtrationẽ aggredi, ex vna re tot diuerſę ſententię haud quaquam pullularẽt; ſed neceſſariò omnes demõſtrationis vincu

lis deuincti, in vnum conuenirent. At quoniam potius Dialecticis principijs vtimur, dum veritatem cupimus indagare, circa idem contingit, non modò diuerſas, ſed contrarias rationes ſtatui; nam vt ſapientes iam exploratum habent, ad vtranque partem rationes habet qui vera non vtitur demonſtratione; idcirco quod vni conſentaneum: alteri incogruũ videtur; hoc præcipuè contingit perſcrutantibus illa, quæ longè ſenſu abſunt, quemadmodum ſunt iſta, de quibus antiqui differendo, tria exiſtimarunt ſuperiora corpora cæleſtia per intelligentias non moueri, quòd irrationabile videtur; nam ſi meritò vnicuique inferiorum orbium, in quibus Planetæ deferuntur, ſuam peculiarem emanationẽ tribuerunt; cur etiam ſuperioribus ſua Attributa non dederunt? cum non minus ſuperiores orbes, quàm Planetæ ſi moueri debent; oporteat vt principio extrinſeco motus deferantur; adde his, quòd ponentibus numerum emanationum non reſpondentem numero corporum cæleſtium, neceſſariò cõtingit virtutes motrices non mouentes ponere, vel corpora ex ſe mota abſque motorum miniſterio, quod non minus Ariſtoteli, quàm rationi aduerſatur; quemadmodum enim non poteſt eſſe motor non mouens, ſic etiam corpus reperiri non poteſt, quod extrinſeco motore non deferatur. Iuniores deinceps arbitrati ſunt, primum Attributum per ſuam intelligentiam primum mobile mouere; at quoniam tunc nouem eſſe Cælos autumabant, nouem prima Attributa nouem Sphæris attribuebant: Vnde vltimum aliquod corpus Cæleſte non euoluebat; ideoque poſito motore ſine corpore moto, relatiò quę inter mouentem & motum reperiri debet, omnino auferetur. Hæc enim ita à ſe mutuò dependẽt, vt alterum ſine altero ſubſiſtere minimè poſſit. Propterea quoniam inferiori Attributo proprium orbem non dabant; non video quibus medijs in ipſum deueniebant; nam ſi ſenſus non perciperet id quod mouetur, intellectus ob medij de

liquium

liquium ad cognitionem mouentis modo aliquo non poſſet ſeipſum conuertere: at ipſi potius perfectione numeri, quā validis rationibus permoti, decem eſſe arbitrabantur. Denarius enim (vt Cabaliſtæ ferunt) ſolus numerus completus eſt, quoniam extra ipſum non numeratur, niſi per quandā circulationem; omnemque numerum vel infra ſe, vel per ſe, ſuosque explicat multiplicando; Quibus ſanè aſſentiri nemo debet, nam &ſi denarius perfectiſſimus eſt, non contigit propterea illa decem eſſe; itaque delinquentes in hoc, non rectè vnicuiq; corpori cæleſtium ſuam peculiarem emanationem tribuere; credentes enim nonam Sphæram primum mobile eſſe, cogebantur eidem primum attributū referre. Nos verò firmiores rationes proſequendo, alium ordinem aggrediemur, vt vnumquodque corporum cæleſtium in ſuum Attributum reducatur.

De tertio Attributo quod dicitur Bina.

VIDETVR autem Hebræorum turba omnibus ferè in rebus magna atque inani copia verborum vti, ſenſa ſuaque Aenigmatibus tegere: ordinem verò ſcientiæ nuſquàm aggredi, nec verum à falſo ratione aliqua ſecernere. Qua de re, quod demonſtratione aliqua indagari non poteſt, ſæpius affirmare audet; Quæ autem vera ſunt, et in ordinem ſcientię reduci queunt; omnino negat: Hinc de hac differendo emanatione, duo præcipuè ſtatuit; Vnum, quod intellectus ad illam perueniens veluti ad finem, ultra acie ſua non poteſt penetrare, nec ſecreta ſuperiorum emanationum cernere & intueri. Alterum, quod ipſa cum non ſit ad regimen inferiorum conſtituta, Cœlum aliquod virtute ſua non euoluit. Sic, quod ratione probari non poteſt, cōfirmatur: & quod demonſtratione quadam procedendo ex

motu

motu in uirtutes motrices indagari poteſt, omnino negatur. Nos verò certiorem methodum aggredientes, aniles ſuperſtitiones omittemus: & tantùm illa recenſebimus, quæ in ordinem ſcientiæ colligi queunt. Propterea quæ Hebræi reijciunt, nos accipiemus; & quæ ipſi accipiunt, à nobis explodentur. Itaq; ſi primum Attributum, primum mobile, & ſecundum nonam Sphæram; neceſſe eſt, vt tertium per ſuam intelligentiam, octauum orbem euoluat. Nam cum mouentia & mota unico ordine ſibi ipſis reſpondeant: ſi primum motum merito in primam virtutem mouentem refertur, & ſecundum in ſecundam; optimo iure tertium in alteram poſt ſecundam ſuccedentem erit ex ordine relatum. Hoc etiam obſeruandum eſt in his quæ ſequuntur, vt primæ virtutes motrices in prima corpora, mediæ in altera, quę ordine ſuccedunt: & poſteriores in vltima reducantur; itaque tertium Attributum erit inſtrumentum, quo Deus officio tertiæ intelligentiæ acceſſū & receſſu trepidationis, octauam Sphęram euoluit; nam ſi raptū primi Cęli ex oriente in occidentem euoluitur, & impetu nonę Sphęrę in contrarium primę lationis, congruum eſt, vt virtute ex ſua emanatione p proptiam intelligentiam effuſa, proprio motu à Septentrionibus Auſtrum verſus deferatur.

De Quarto Attributo quod Heſed nuncupatur.

QVONIAM autem diximus corpora Cęleſtia virtute emanationum per intelligentias moueri, videtur principium motus actiuum extrinſecus accedere, quod ſi adimeretur, principia à nobis accepta omnino deſtruerentur. Si enim intrinſeca vi euoluerentur, opus non eſſet motore extrinſeco circumferri; oporteret propterea Cęlum actiua motus virtute denudari, eique tantùm paſſiuam

tribuere

tribuere potentiam, vt in eo veluti in corporibus grauibus & leuibus principium formale motus ſub potentia paſſiua cō prehenderetur. At quoniam Ariſtoteles profitetur Cęlū animatum eſſe, & principium motus habere, ex eo quod poſitionum differentias habet, difficultas non parua nobis occurrit; nam ſi principio intrinſeco moueretur, motore extrinſeco non indigeret; ideoque per ea quę mouentur, non rectè poſſumus virtutes motrices inquirere. Itaque vel anima Cęli eſt ſubſtantia quędam ſeparata à corpore, quę immobiliter manens dùm mouet, non mouetur: vel eſt ipſa forma quę actuat corpus Cęleſte, & per accidens ad motum Cęli mouetur, ſiquidem eſſet ſubſtantia immobilis; procul dubio virtus actiua non eſſet in corpore Cęleſti, ſed à principio extrinſeco dimanaret: Si verò eſſet forma, quàmuis ei principium motus ineſſet, ab ea tamen potentia paſſiua omnino non excluderetur, nam vt mouet potentia actiua oſtendit ſe prǫditum eſſe: dum verò recipit per intelligentias virtutem motricē à primo motore, eiuſque virtus, alterius virtute roboratur, paſſiua eius potius diiudicatur. Idcirco cū primum moueat virtute ex primo mouente in ipſum delata: primum principium motus eſſe ab alio dilucidè apparet, eoque magis q̄ motus Cęli cum indeficiens ſit, omniq; vacet irregularitate, videtur potius à primo motore, quàm ab Anima exortum habere. Vis enim Animę non ſe extendit ad hoc, vt poſſit indeficienter, eodemque tenore ſemper ipſum mouere; hoc nempe primi motoris eſt, qui ęquo ſemper tenore mouet, nunquam deficit, omniaque ſua virtute infinita perficit, propterea ſi vnicuique ſuperiorum orbium, meritò ſuam peculiarem emanationem, ſuamque intelligentiam decernimus; pari quoque ratione ſuos motores extrinſecos debemus Saturno tribuere, vt impetu ſuo naturali ex occidentem in orientem deferatur, nam etſi nona Sphęra aduerſum primę lationis octauam defert, cenſere tamen non debemus impetu

ſuo

ſuo etiam Planetas ex occidente in orientem deferre. Vnuſquiſque enim eorum virtute ſuę emanationis ſuum iter peragit, ſignum eſt, quod ipſi diuerſis temporum ſpatijs lationes ſuas definiunt; vt Saturnus in 30.annis, Iuppiter in 12. Mars in duobus, quod non cõtingeret, ſi impetu nonę Sphęrę euoluerentur; tunc enim omnes ſimul ęquali tempore ad ſua loca redirent, idcirco cum corpora mota in virtutes motrices reducantur, ſi tertium Attriburum octauæ Sphęrę prę eſt: optimo iure quartum Saturno tribuentes, profiteri poſſumus eſſe inſtrumentum, quo Deus per quartam intelligẽtiam motricem, proprio huius orbis impetu, ipſum ex occidente in orientem euoluat; Quoniam autem virtute qua Saturnus mouetur, etiam operatur, effectus in ipſum relatos oportet ex eadem cauſa ortum habere, propterea mala quę dicunt ipſum effundere, pręcipuè uidentur ab eius emanatione progigni; At quoniam illa eſt ſumma bonitate pręditа, & quod bonum eſt, malum non infert; debemus potius mala in cauſam deficientem, vel in ſubiecti deliquium inferre. Cum enim infirmum ſit, uirtus ſuperior in ipſo aliquando ſubmergitur: At quoniam virtus hæc dat eſſe rei, quę ſibi ſubijcitur, videtur fortaſſe ſubiectum non poſſe ei aduerſari, quod verum eſſet, ſi Attributa viribus omnibus in ſubiecta contenderent; tunc enim virtus eorum cum perfecta ſit, atque abſoluta, defectum eius ſuppleret. Verùm quia virtutem omnem non conferunt, ſed quantum ſubiecti facultas fert, aduerſa quadam diſpoſitione ſæpè obſiſtitur, ſignum eſt propenſio animi à Deo, ſiue ab intelligentijs prouenien s, quæ ſanè quàmuis diſponat nos ad aliquid agendum ſiue ſugiendum, ob id iuxta propenſionem illam multoties non operamur, quod Antiqui non percipientes, vnicuique emanationum duas ſubſtantias ſeparatas aſſignabant, quarum altera orbem ſuum ad bonum; altera verò ad malum deferebat, quibus ſanè aſſentiri nemo debet, partim

tim ex eo quòd ſubſtantiæ ſeparatæ Cœlum deferentes, malum aliquod non inferunt; & partim etiam, quoniam in cauſarum ordine, quæ ſe tradunt ad mundi regimen, nunquàm ſuam operationem intermittunt, nec ſua officia inter ſe commutant, imò vnaquæque earum nulla intercapedine officiũ ſuum iugiter exequitur, ideoque omnis intelligentia aſſiduè ſuum orbem euoluit, & cum ſtabilis ſit atque æterna, nunquàm cedit alicui intelligentiæ, vt pro ſe ſuum officium expleat; hoc ſolum (ut Cabaliſtæ ferunt) Angelis competit opem nobis in noſtris operationibus ferentibus. Qui quidẽ cum ſint minoris perfectionis, infimique in Angelorum ordine, in ſuis operationibus non poſſunt indeſinenter permanere, ſed vltro citroque alter alteri locum cedit; quò fit, vt ſi aliquis bellum aggreditur, tunc Angelum bello congruentem ſortiatur. Si verò à bello deſiſtit, ac regimini Reipublicæ ſe tradat, tunc confeſtim in poteſtate alterius genij Reipublicæ congruentis tradatur; Subſtantijs verò ſeparatis mouentibus Cœlum hoc contingere minimè poteſt. Si enim per aliquod interſtitium, & ſit quantumlibet diminutum, à ſua operatione deſiſterent, vis earum eſſet fragilis atque laborioſa; intermiſſio enim alicuius operis imbecillitatem agẽtis arguit.

De quinto Attributo quod Nezach appellatur.

AT fortaſſe alcui videri poteſt, eadem ſæpius à me fruſtra iterari: cum vero vnus ſit ille procedendi modus, qui nos in eorum cognitionem dirigit, neceſſario contingit ad illum eundemque modum ſæpius intellectum conuertere, quod veritatem perſcrutantibus moleſtiam non infert. In demonſtratione enim varietas illa ratiocinandi, qua vtuntur Apologorum ſcripotes, oblectandi

gratia, non eſt expetenda, ſed veritas ipſa; nam finis ſpeculatiui (vt Peripatetici ferunt) non eſt delectatio, ſed veritas: At quoniam, vt diximus, ſuperiores orbes ab alio mouentur, oportet orbem Iouis à principio extrinſeco deferri, itaque ſi quartum Attributum Saturno præeſt, quintum optimo iure debet Sphæram ex ordine ſuccedentem circulariter ferre; videtur propterea eſſe inſtrumentum, quò Deus officio quintæ intelligentiæ, naturali huius orbis impetu ex occidente in orientem, Sphæram Iouis euoluit. Et ſi mala Saturno tributa diximus à propria eius emanatione ortum nõ habere, idem tamen de bonis in Iouem relatis arbitrari non debemus; nam bonum ab alio deriuatum, cum in primum reducatur bonum, neceſſe eſt, vt bona per Iouem in inferiora delata, in aliquod per ſe ſufficiens & exiſtens bonum, hoc eſt in ſuam emanationem reducantur; ideoque dum omnia dicimus eſſe Iouis plena, intelligere par eſt, omnia eſſe virtute illius Attributi ad unguem repleta.

De ſexto Attributo, quod Gheuora nuncupatur.

QVONIAM autem corpora Cæleſtia tantùm natura & conditione ſibi ipſis reſpondent, vt quod vni eorum congruit, alteri etiam neceſſariò conuenire debeat: propterea quoniam vnuſquiſque ſuperiorum orbium ſuam emanationem ſortitur, neceſſe eſt, ut Cœlum Martis etiam ſuam aſſequatur, vt non minus hæc quam reliquæ Sphæræ, à virtute extrinſeca deferatur, ideoque quoniam receptum eſt quintum Attributum Iouis intelligentię impendere, par eſt, vt ſextum in orbem Martis ſuam virtutem effundat: erit propterea inſtrumentum, quo Deus per ſextam intelligentiam proprio huius orbis motu ex occiden

te in orientem ipſum euoluat; at quoniam nonnulli proferre audent, aliquibus artibus ſiue ſcientijs poſſe intelligentiarum nomina inueniri, debemus prius nominum genera diſtinguere, & deinde partim eorum dictis aduerſari, partim verò aſſentiri. Illa enim quæ ſunt ad placitum quoniam noſtro arbitratu imponuntur, poſſunt etiam humanis artibus indagari. Quæ verò educuntur ex naturis rerum, quemadmodum ſunt illa, quæ reſpondent motibus, vel figuris, vel paſſionibus, vel operationibus, vel proprietatibus rerum, ijſdem artibus inueniri poſſunt, quibus componuntur. Propria autem nomina, quæ ſunt in ſe quædam res naturales, &(vt dicunt) naturalem quandam actiuitatem habent, quemadmodum ſunt quædam nomina Hebraica, quæ tranſpoſita in aliquam linguam, non retinent ſuam naturalem ſignificationem, impoſſibile eſt ſcientia aliqua humanitus inuenta indagari. Si enim aliqua via eſt, quæ faciat res diuinas penetrare, eſt præcipuè illa, qua vtitur Ariſtoteles, dum procedendo ex motibus in mouentia, contingit ad mouentia, non mota peruenire; Et ſecundum hoc poſſumus dicere, mouentia eſſe ſubſtantias immateriales atque immobiles, non autem hoc nomen proprium, uel illud retinere; Ars quoq; nulla eſt quæ poſſit illa tradere. Duplex enim eſt, humana ſcilicet & diuina: Humana quidem pluribus experientijs perficitur, proptereà ſi aliquibus artibus aliquis poſſet cognitionem nominum capere, oporteret quod illis aliquæ experientiæ præceſſiſſent, quæ ſanè fieri modo aliquo non potuerunt. Particularia enim illa, in quibus experientiæ verſari debent, non ſunt hominibus nota. Diuinam autem artē homines non conſequuntur; eſt enim in Deo ſolum; & in ipſis intelligentijs, quæ diuina arte naturam ipſam, & inferiora omnia inſtruunt, quod ſi nulla ars, nullaque ſcientia humanitus inuenta, poteſt nos in hoc iuuare, in magnum errorē incidunt, qui proferre audent Martis intelligentiam natura

liter vocari Samel. Nomen enim huiuſmodi arbitror fuiſſe ab hominibus impoſitum; reſpondet enim operationibus Martis; Verùm enimuerò ſententiam eorum non reijcio, qui arbitrati ſunt, hoc fuiſſe aliquibus reuelatione traditũ; imò illis tantum aſſentior, quatenus ſententia eorum à diuino fidelium cætu non diſſentit. Debemus enim (vt Plato in Timæo refert) filijs Deorum adhibere fidem, qui diuino numine afflati, potuerunt in arcana Dei penetrare, & operationibus excedere gradum & terminum illorum, quę poſſunt naturaliter fieri: quod equidem ab Ariſtotelis dictis nõ diſſentit. Ipſe enim in libro de Cœlo & mundo, non deſinit profiteri opinionem antiquorum non eſſe contemnendam; Quapropter cum credidiſſent illa fuiſſe hominibus reuelatione tradita, incongruum eſſet dictis eorum occurrere.

De ſeptimo Attributo, quod Thiferet nuncupatur.

CVM igitur omne Cœlum, vt apertè patet, à ſua intelligentia deferatur, & intelligentiæ virtute ſuæ emanationis Cœlum euoluat, oportet orbem Solis à ſuo Attributo, miniſterio ſuæ intelligentię deferri: At quoniam diximus ſextum Attributum impendere Marti, optimo iure cenſendum eſt, ſeptimum influere per Sphęram Solis, quò fit, vt ſeptimum Attributum, quòd Thiferet nũcupatur, ſit inſtrumentum quo Deus per intelligentiam Solis ex occidente in orientem ſolarem orbem euoluat; Verũ quia virtus illa per radios ſolares in inferiora transfunditur, maiores noſtri in hoc valdè delinquentes, cenſebant virtutẽ illam eſſe in radijs, veluti in ſubiecto, & ſic ordine rerum euerſo, accidens quod per ſe aliquid non ſuſtinet, ſed ab eo ſuſtinetur, quod ſubſtat id ſuſtineret, quod per ſe exiſtens

fulci-

fulcimento non eget, quare ab eorum ſententia recedere debemus, & illis aſſentiri, qui non ſine forti ratione ſtatuunt radium non eſſe ſubiectum ſed potius virtutis diuinę inſtrumentum. Quoniam verò vna eademque res, non poteſt ſimul duorum agentium inſtrumentum eſſe, videtur radios nō poſſe ſimul emanationi, corporique Cœleſti inſeruire; quę quidem ratio tunc rectè accipitur, cum duo agentia ad diuerſas operationes omninò ſeiunctas incumbunt; Tunc enim impoſſibile eſt, vt vnum vni addictum, alteri etiam inſeruiat. At verò cùm eundem effectum conſtituunt, incongruum non eſt, vt plura agentia poſſint ſimul eodem inſtrumento vti. Videmus enim lumen vno eodemque tempore virtutis diuinæ, corporisque Cœleſtis inſtrumentum eſſe, nam Cęlum immediatè, intelligentiæ verò per corpora Cæleſtia in inferiora lumine agunt. Adde his, emanationem veluti agētia, quæ humanis artibus operantur inſtrumenta non grauare, propterea radij onere aliquo non deprimuntur, ſed virtute ſuperiori eis addita ad eò roborantur, vt indè vim omnem operandi conſequantur.

De octauo Attributo quod Od nuncupatur.

SI verò poſt orbem Solis compoſitè Cœlum Veneris ſuccedit, ratione ſuperius oſtenſa, oportet emanationem poſt ſeptimam, & ordine ſuccedentem in Veneris orbem influere; ideoque octauum Attributū, quod Od dicitur, erit inſtrumentum, quo Deus ex occidēte in orientem per octauam intelligentiam, huiuſmodi orbem euoluat; At quoniam Venus & unuſquiſque Planetarum (vt Aſtrologi imaginantur) plures orbes habet, pluresq́; motus, videtur virtus Dei non rectè in decem emanationes ſecerni; nam ſi tot eſſe debent motores, quot ſunt corpora

mota,

tari decet, an motuum congruentia à corporibus Cœleſtibus, an ab ipſis emanet Attributis; Ad corpora quidem Cęleſtia non refertur: quò enim magis diſtant à primo mobili, eò velocius lationes ſuas præfiniunt; propter quod Luna, cùm plurimum diſtet ab eo, ocyore ambitu defertur. Itaq; ratione iuxta hanc proportionem tranſlata, quantò Luna eſt Mercurio velocior, tantò Mercuius cæleritate deberet Venerem, & Venus Solem præcellere; Quod quidem cùm aliter ſe habeat, motus congruentia erit potius in emanationes relata. Quæ quidem tali ratione per intelligentias in corpora Cœleſtia virtutes ſuas effundunt, vt moderatis iam Sphærarum lationibus, earum motus neceſſariò conueniant. Verũ & ſi virtutes, quæ lationibus moderantur extrinſecus accedant, tamen corpora Cœleſtia non ſunt omninò virtute denudata, ſed illis potentia quædam paſſiua inhærente, poſſunt adamuſſim à motore extrinſeco dirigi.

De decimo Attributo, quod Malchut dicitur.

DECIMVM igitur Attributum, quod Malchut nuncupatur, rationibus antea iteratis percipi poteſt, eſſe inſtrumentum, quo orbis Lunæ ex occidente in orientem officio Lunaris intelligentię defertur, at quoniam ipſa lumine plena incrementum, diminuta rebus decrementum infert: nonnulli putabant hoc contingere ex eo, quod virtus emanationis non ſemper eodem tenore ſe elargiretur orbi, ſed aliquando magis, àliquando verò minus; quibus ſanè aſſentiri nemo debet. Cùm enim virtus illa indeficiens ſit, nullamq́ue mutationem ſubeat, incrementum nõ ſuſcipit, nec in deliquium cadit, ſed ſemper idem ſe habens, æquo ſemper tenore in orbem Lunæ ſeipſam effundit. Itaque rationabilius hoc erit in Lunam relatum, quę licet ipſius

ſius

ſius alteratio non ſit corruptiua, adeò tamen afficitur, dum eſt lumine orbata, vt virtus diuina neceſſariò in ipſam ſubmergatur; quod etiam Soli, alijsque Stellis obtingit, dùm radiatione aliqua, vel ſitus diſpoſitione obumbrantur.

FINIS.

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI.

DE

Cauſis Antipathiæ & Sympathiæ rerum naturalium.

VENETIIS, MDLXXXIX.

Apud Dominicum de Farris.

ILLVSTRI
CAROLO AEVOLO
SVO DILECTISS. FRATRI.
Cæſar AEuolus Neapolitanus.

SAEPE rei peculiaris amore, acies mentis perſtricta: quid inter verum & falſum interſit, nõ diſtinguit odium quoque luminibus intellectus officiens, iudicium veritatis pręcludit: propter eà iuxta illud Ariſtotelis, qui amore, vel odio detinetur, rectè de re aliqua nec ſtatuere poteſt, nec diiuidicare; diligens propterà vnuſquiſque (vt in Ethicis compertum habetur) ſua poemata, ſuasq; compoſitiones, omnes dũ uerſatur circa ſuum inretractatũ opus, ipſumq; excutit, propria quadam affectione deuinctus, ſibi ipſi aſſentatur: ſuamque opinionem fallit. Idcirco ſi iudicio meo conſiderem, eadem ratione in eundem errorem procliuius inciderem. Quare ne me ipſum meis uiribus in fallaciam imperem, de iſto quidem libello, in quo agitur de cauſis Antipathiæ & Sympathiæ naturalium rerum, no-

lui iudicium aliquod conſtituere, ſed ipſum approperatum tibi committere, ut ſi emendari & corrigi poteſt, ipſum articulatim, diſtinctèque perſpicias atque diiudices: ſin minus, ignis in eum coniectus, fuliginem eius abſumat; Idcircò ut propoſitum meum tibi latius pateat, ſcio te non latere, multos de eodem ſubiecto, multa confuſim retuliſſe; qui ſanè cauſas non tetigerunt, nec unquàm in ordinem ſcientiæ Argumenta collegere: propterea translatis & reſonantibus uerbis potius aures illexerunt, quàm principijs in demonſtrabilibus intellectum conſtruxere: ideoque pro uirili conatus ſum ordine ſcientiæ hęc diſponere, illamque demonſtrationem aggredi, qua in rebus arduis unuſquiſque uti poteſt. Quod adeptus ſum, ad tuam ſententiam refero; Caue propterea, ne tuus amor erga me, indagini mentis tuæ tenebras offundat, ſed tanquàm à ſeuero reprehenſore ſit à te emendatus & correctus; Hos igitur labores ſuſtine, ſicut maiores nomine meo in dies ſuſcipis, quod mihi gratiſſimum erit: & tu elaborando cauſas fratris, qui tantum te diligit, teipſum præmijs afficies. Vale.

Cæſa-

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI:

De Cauſis Antipathiæ & Sympathiæ rerum naturalium.

HORVM, quæ ex gremio naturæ promi videbant principia,& cauſas primi Philoſophi non percipientes, admiratione affecti, cæperunt ineleganter philoſophari: poſteà verò earum cauſas retegendo, hanc quidem in admirationem amplius non traducebantur: deinde verò paulatim vlterius procedentes, ob alias cauſas eos latentes, iterum admiratione obſtupefacti, ad earum perſcrutationem mentem erigebant. Verùm quia multi mirabiles effectus in lucem prodibant, ignoratis cauſis, nunquàm potuerunt ſe omninò à tali admiratione abducere, quę præcipuè animos hominum inuadit, dùm Antipathiæ aliquę,vel Sympathiæ palàm proferuntur: propterea, vt intellectus admiratione minimè perſtringatur, vtile admodum eſſe exiſtimo, cauſas earum indagare: quapropter in communi quærendum eſt, quid ſint, & in quonam genere collocentur, & vtrum actus ſint,uel potentiæ, amplius autem tractandũ eſt, ſi differant ſpecie, vel non,& vtrum diffinitio ſit una, an plures; ſique poſſunt ſeparari, uel uni, eidemque indiuiduo ſimul iunctę adhereant; poſtmodum de vnaquaque ſpecie earum quærere, perſcrutarique conſentaneum uidetur; quamquàm hoc opus ſit omninò laborioſum, magnæ, arduæque cogitationis indigens; nam methodum illam, ſecundum quam ad definitionem procedendum eſt, haud facile conſequi poſſumus.

Variæ

Varia Antiquorum ſententia de cauſis Antipathia & Sympathia rerum naturalium.

QVONIAM autem (ut Ariſtoteles refert) neſcimus verum abſque cauſa,& tunc dicimus vnum quodque ſcire, cum nos primam cauſam cognoſcere arbitramur. Nonnulli eorum, qui ante nos ad huiuſmodi perſcrutationem venerunt, alia exiſtente cauſa eis non nota, *Deus.* Deum ſolum eſſe cauſam Antipathiæ, & Sympathiæ rerum naturalium aſſeruerunt. Alij verò rationibus longè poſteriores, *Idea.* ex Idæis exiſtimarunt illas tantùm exortum habere: Cenſebant enim ſpecies ex Idæis in materialia transfuſas res ad amorem, vel odium excitare. Quibuſdam vero viſum eſt, cau- *Attributa.* ſas earum eſſe Attributa illa, quibus Deus per intelligentias officio Cœleſtium corporum in Entia omnia virtutem diuinam effundit, & fortaſſis hanc habuerunt opinionem, quia nihil eſt in inferiori mũdo tã à rationis lumine ſubiectũ, quin aliquo pacto ſit virtutis diuinæ compos. Sunt autem quidam *Intelligentia.* qui arbitrantur hoc ex intelligentijs emanare; putant enim nullum Lapidem eſſe, Plantam, Metallum, & Animal, quod ſuam peculiarem intelligentiam non ſortiatur, quæ quidem in ſuum particulare ens virtutem infundens, non tantum efficit, ut incrementum ſuſcipiat, verùm etiam vt eius effectibus aliquando nos admiratione afficiamur.

Poſt hos alij uidentes deinceps mundum inferiorem à ſuperioribus lationibus gubernari, corporaque omnia eſſe *Cælum.* Cœleſti uirtute repleta, arbitrati ſunt tale principium eſſe corpus Cœleſte: ex quo non parum difficultatis ſibimet reliquerunt; nam & ſi veritatem ſuperficietenus balbutiendo tetigerunt; tamen, quia ultra corticem non penetrarunt, ſufficere minimè potuerunt. A nonnullis verò dicitur Animam *Anima.*

eſſe

eſſe huiuſmodi principium; in ipſa enim virtutes operandi inſitę ſunt atque affixę, quod corpori non obtingit; nam efflatâ anima, potentię omnes organicę in interitum cadũt.

Alij verò hoc materię tribuerunt, ex quo enim ſunt entia omnia, & ex quo primò fiunt, & ad quod ultimò corrumpuntur, Elementum eſſe videtur. Alij dictis priores, uidentes Formam ineſſe vnumquodque cõſtituere, operationeſque omnes potius ex forma, quam ex materia dimanare, ſententiam minus incõgruentem proſequentes: arbitrati ſunt, litem & concordiam à forma progigni. Verum quia ſolum Ens completum, & demonſtratum in eſſe, & in natura ſua poteſt operationes efficere, quoniam tam materia, quàm forma eſt aliquid incompletum, ex eo quod altera earum eſt pars ſpeciei, altera uerò in potentia tantùm, nonnulli arbitrati ſunt Compoſitum ex materia & forma eſſe causã illam, quam indagare conamur. At qui dicunt qualitates primas eſſe calidum & frigidum, humidum & ſiccum; Secundas verò, quę ex earum admiſtione deriuantur: actiones quarum in aliqua pręfinita corporis parte vigentes dicuntur; Tertię, quoniam ſubſtantię qualitatibus ipſis, inſitę, mutuò inter ſe congruunt, vel opponuntur; ſicut videmus terram ſiccitate opponi aquę, frigiditate ipſi congruere, putant Antipathias & Sympathias omnes ab iſtis qualitatibus deriuari. Nemini tamen (quod quidem ſciam) hoc eſſe à caſu, uel à fortuna viſum eſt, partim, quoniam in rebus carentibus ratione, quemadmodum eſt maior pars earum, quę mutuò inter ſe conueniunt, vel odio proſequuntur, fortuna eſſe non poteſt; & partim etiam, quoniam in cauſas per ſe ordinem habentes hoc refertur, vnde in fortunam minimè deduci poteſt; ſed ſi aliquibus cauſis contingat per accidens ad aliquẽ effectum confluere, tunc quod fit, à fortuna, uel à caſu dicitur fieri.

Materia.

Forma.

Compoſitum.

Qualitates.

Aduerſus

Aduerſus ſententias Antiquorum uaria adducuntur rationes.

INsita eſt autem in nobis vis quędam diuina, munere cuius homines omnes mente non capti, Deum eſſe principium, à quo omnia in nos tranſfunduntur, apertè ſentiunt: ex quo Ariſtoteles profitetur primum Ens eſſe, & viuere omnibus Entibus elargiri, quapropter quoniam eſſe, & vita indiuiduis ineſt, neceſſariò cō tingit, vt Accidentia omnia, quę per ſe ad vnumquodque indiuiduum pertinent, ex eadem cauſa dante eſſe, originem trahant. Agens enim quod dat formam iuxta Peripateticorum ſententiam, dat etiam conſequentiam formæ: idcircò ſi à Deo eſſe, vita, vis operandi, muneraque omnia particularibus diſtributa ſunt; quis erit tàm uecors, qui profiteri audeat ipſum infinita virtute pręditum, de particularibus curā non ſuſcipere? Quapropter nōnulli rectè dicunt Deum eſſe principium, ſed non ſatis callidè, nec peritè; quoniam in demonſtratione proximiores cauſę expetendę ſunt, non autem remotiores. Tunc enim naturam, & quidditatem rei dicimur ſcire, cum intima principia, vel ſaltem proxima, cognoſcere opinamur. Qui verò ad remotiſſimam cauſam cō fugiunt, poſſunt nullo labore omnia ſoluere, ſcientiam verò nunquàm efficere, nec alijs tradere. At qui dicunt Idęam eſſe tale principium, omninò à ratione diſtare videntur; Idęę enim, vel ſunt formę ſeparatę, & ęternę, exemplaria eorum, quę naturaliter fiunt; uel in mente diuina exiſtunt. Exemplaria quidem Ariſtoteles, diſſentiens à Platone, negat omninò eſſe; ad hoc enim Platonici dicunt Idęas eſſe ſpecies ſeparatas, vno eodemque ſtatu ſemper exiſtentes, easque gigni negant; cętera uerò naſci, occidere, fluere, & labi, ut ſubſtan-

Non eſt Deus.

Non Idææ.

tię

tiæ particulares ſenſibiles ad earum ſimilitudinem formarentur, quod Ariſtoteles valdè ſuperuacaneum exiſtimat. Nam ſi natura particulare agens poteſt facere alterum quale ipsũ, homo quidem hominem; planta autem plantam, non oportet Idæas eſſe; aliter enim agens eſſet veluti monſtrum orbatum, & non ſufficienter à natura inſtitutum. Signum enim perfectionis eſt facere alterum quale ipſum. Si verò Idæa in mente primi Motoris exiſtens, exemplar totius vniuerſi eſt; non ob id cenſere debemus, cauſam eſſe huiuſmodi effectus: nam & ſi res genitę ab ipſa ſimilitudinem ducunt; propterea non obtingit ei realiter eo modo in eas tranſire, quo virtus actiua Dei in Entia omnia permeat, vnicuique munera ſua tribuendo; quapropter virtutes & operationes particularium potius ex virtute Dei, quàm ex Idæa emanare videntur. Si verò in virtutes ſimpliciſſimas Dei, quæ Sephirot ab Hebręis nuncupantur, hoc erit relatum, proculdubio hæc demonſtratione penitus orbata, non erit ſcientia, quoniam (vt Peripatetici ferunt) eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, cognitione intimarum cauſarum indigens, idcircò verſantibus circa remota, quemadmodum ſunt virtutes Dei, non contingit ſcientiam adipiſci. *Non Emanationes.*

Propterea in ſimilem errorem incidunt, qui hoc intelligẽtijs aſſcribunt; quoniam (vt diximus) proximiores cauſas nõ attingentes, principium demonſtrationis conſequi minimè poſſunt. *Non Intelligentiæ.*

Qui verò putant principium vniuerſale, & cauſam omnium eſſe corpus Cęleſte, ex conſentaneis rationibus non ducuntur. Multæ enim Antipathiæ & Sympathiæ, vt inferius palã erit nõ ex virtute Cæleſti, ſed ex alijs manifeſtis cauſis deriuãtur. Quidã verò rudium animã ſolam eſſe principiũ dicentes, coguntur profiteri, hoc poſſe tantùm rebus animatis accidere, quod valdè incongruum eſt; nam res animæ expertes etiam concordia quadã naturaliter inter ſe congruũt, *Non Cælum.* *Non Anima.*

F vel

vel odio mutuò ſe proſequuntur: propterea quoniam in aliquibus rebus, naturalis amor reſidet erga aliquas, vel odium ſtruitur, ex eo quod ſunt inter ſe æquales & pares, vel natura, proprietateque ex corporis temperatione affluente diſſident, profiteri non debemus paſſiones illas ab Anima, ſed potius à ſimilitudine, vel diſſimilitudine naturæ commoueri. Dicentes verò materiam eſſe cauſam Phyſicæ diſciplinę ignoratione plus à forma veritatis abſunt; Tota enim potentia materiæ, vel eſt vnica forma diſtenta, & ſic eſt tantùm ad vbi; uel ex ipſa formæ omnes ab interitu non alienæ reducuntur ad actum: & ſecundum hoc nulla ex ipſa prouenit actio. Nihil enim poteſt ſuas operationes complere, nec aliquid in alterum agere, ſi non eſt Ens actu completum: idcircò quoniam actu non exiſtit, abſurdum eſt huiuſmodi effectus in illam reducere. Si verò, vt alijs cenſebant, hoc abſolutè ex forma emanaret, neceſſariò cótingeret, vt proprietates omnes vnius particularis eſſent etiam in omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei; nam quod vni per ſe ratione formæ ineſt, omnibus etiã eadem forma præditis ineſſe debet; videmus enim riſibilitatem, quæ per ſe homini competit, non ſolùm in Socrate, & in Platone, ſed in hominibus omnibus reperiri. Secus verò de hoc arbitrari quiſpiam debet. Multæ enim proprietates indiuiduorum in ſpeciebus non exiſtunt, quod ſanè (vt clarius innoteſcat) operepretium eſt exemplum petere à quodam viro qui ſua peculiari, occultaque natura affectus, Cinaris non ſolùm non veſcebatur, ſed cum ipſi obtingebat eas oculis cernere, vel earum nomen auribus percipere, magno cum tremore & pallore triſtitia ſtatim conficiebatur. Ex quo ſæpè, quod hiſce oculis uidi, atque interfici, ex eius corpore ob id laborante, ſudor non modicus promebatur: quod quidem cęteri homines non patiuntur, immò tali cibo libenter vtuntur, ſuauitate ſua delectantur, atque perfruuntur; quod ſatis dilucidè apparet proprietatem hanc ad indiuiduum tã-

Non Materia.

Non forma.

tum

tùm pertinere. Quoniam verò compoſitum ex Materia & Forma, maiorem virtutem aſſequitur, atque longè præſtantius eſt, ex eo quod completum exiſtens, poteſt ſuas operationes explere, nonnulli hoc tantũmodo in ipſum cõferunt. Enimuerò quoniam inter Materiam & Formam eſt quædam determinata proportio, quàmuis compoſitum ex his vim maiorẽ adipiſcatur. Fieri tamen nequit, quin aliqua proportio inter ſuam & partium virtutem non reperiatur: qua de re effectus ex totius ſubſtãtia tunc emanant, dùm iuxta hanc proportionem, tàm virtuti totius, quàm partium reſpondent; Si verò in immenſum excedunt, quemadmodum uirtus Echeneis, in ipſum reduci minimè queunt: propterea quoniam virtutes, ex quibus multæ Antipathiæ & Sympathiæ exortum habent, ſatis ſuperque vim compoſiti excedunt, nullo pacto hunc ſenſum proſequentes, cauſam & principium attingũt. Qui verò hoc ſolùm à qualitatibus manifeſtis emanare dixerunt, cauſas omnes non attingentes, ſufficere minimè potuerunt. Multæ enim Antipathiæ & Sympathiȩ, vt deinceps dicetur, non ex iſtis, ſed ab occultis ferri videntur, cui ſanè nemo occurret; alter enim hominum non ſemper alterum diligit, nec diligitur, ex eo quod in qualitate humida, uel frigida eſt ei proximus, vel quoniam alter eorum eſt frigidus, alter verò calidus, ſed indifferenter, amor & odium incẽditur tàm inter conſimiles qualitates habentes, quàm contrarias.

Non cõpoſitum.

Non qualitates manifeſta.

Inquiritur nunc quid ſint; & in quo genere collocentur.

Perpretium eſt animaduertere res omnes iuxta Peripateticorum ſententiam, præter tranſcendentia in decem generibus collocari; quorum prȩſtantiſſi-

mũ eſt ipſa ſubſtãtia; ad q̃ Anthipathię & Sympathię haud-quaqam poſſunt aſſcribi, quoniam ſubſtantię, quatenus ſubſtantię ſunt, mutuò inter ſe amore non reſpondent, nec contrarietate aliqua ſeſe impediunt atque offendunt; quàmuis enim Scorpionibus ſit contrarius Stellio, Muribusq́ue Muſtela; & inclinatio ad amorem ſit inter Cornicem & Ardeolam; Turtures & Pſittacos: ob id minimè arbitrari debemus, ex eorum ſubſtantia hoc emanare, quoniam altera ſubſtantiarum (quatenus ſubſtantia eſt) amore, uel odio non proſequitur alteram: nec profectò ad alia genera omninò verè cõtrarietatis expertia, referri poſſunt quemadmodum ſunt tempus, agere, pati, ad aliquid, ſitus, & habitus; in iſtis enim contrarietas locum non obtinet, quò fit conſequenter, vt nec illa quę in his collocantur adinuicem inter ſe amore commoueãtur; nam vbi contrarietas reſidere minimè poteſt, ibi concordia non gignitur; ideoq́ue in quali, vel in quanto, vel in genere loci videntur ſubſidere; in his enim contrarietas tantùm reperitur. Verùm quia in quanto non eſt contrarietas, niſi ſecũdum magis & minus, nullo pacto in ipſum reducuntur: nullum enim erga aliquid his paſſionibus afficitur, ex hoc quod ipſi maiore vel minore quantitate opponitur: nec ſanè in genere loci collocantur; res enim aliqua ratione loci nõ aduerſatur alicui, nec amore proſequitur ipſam: ſignum eſt firmitas habentium inter ſe litem & amicitiam, quoniam amor et odium eorum propter contrarietatem, vel unitatem locorũ, non excitatur, nec extinguitur: & ſi terra aduerſatur igni, propterea ſtatuere non debemus hoc eſſe à contrarietate locorum, quibus reſidet; ſed potius ex alijs cauſis, ut ex his quę dicentur, palàm erit: Vndè neceſſariò cõtingit ipſis ſub qualitate collocari, quod quidem genus tàm occultas, quàm manifeſtas qualitates ſpecie differentes amplectitur; quarum aliquæ ſimiles ſunt, aliquæ diuerſæ, & aliquæ omninò contrariæ, & hæ in eodem genere plurimùm differunt, ſicut album

& nigrum: diuerſæ autem quæ inter contraria locum obtinent, ſicut croceum & rubeum; ſimiles verò, quæ ſibi ipſis naturis reſpondent, ex quo aliquæ earum corporibus diuinis adhærét, aliquæ verò corruptionem ſubeuntibus, quibus ſanè aliæ ſecundum ſpeciem inſunt, quemadmodum eſt virtus Magnetis: aliæ ſecundum indiuiduum, ſicut eſt virtus particularis alicuius indiuidui; aliæ verò ſecundum aliquam præfinitam partem, ſicut eſt virtus alicuius animalis in vnguibus tantùm, vel in cornibus exiſtens; propterea quoniam res ob qualitates conſimiles, vel contrarias; amore afficiuntur, uel odio pugnant; arbitrari debemus cauſas Antipathiæ & Sympathiæ rerum naturalium eſſe qualitates contrarias vel conſimiles in corporibus naturalibus inſitas; quoniam verò ex vno duntaxat, lis & amicitia exoriri minimè poteſt, qualitatibus eas inferentibus, duo ſubiecta debent ſaltem ſubijci quorum alterum realiter & quo ad eſſe ab altero ſeiunctum, poſſit ei ſimilibus qualitatibus congruere, uel contrarijs aduerſari.

Si actu, vel potentia adhærent ſubiectis.

QVONIAM autem qualitates egent fulcimento ſubiecti, vt oratio noſtra ſit ꝑ viribus enucleata; īquirēdum eſt, quonam modo ipſi adhæreant. Poſſunt enim pluribus modis, actu videlicet vel potentia corporibus ineſſe; at potentia non minus quàm actus, duplex eſt, prima quidem & ſecunda; prima verò (exempli gratia) ad ſcientiam ordinem habens, eſt in mente, antequàm intellectus ipſam conſequatur; ſecunda quidem, poſt adeptionem ſcientiæ. Actus verò primus eſt, ſcientia adepta; ſecundus, operatio illius ſcientię. Quoniam autem qualitates iſtę ſuas operationes ex amuſſim perficere poſſunt, primo modo potentia

eſſe abſurdum eſt profiteri. Nihil enim quod eſt ſimpliciter in potentia poteſt ſuas operationes explere; oportet igitur eas ſecundum aliam potentiam adniti, vel in his actu primo, uel ſecundo exiſtere; Verùm enimuerò his omnibus modis poſſunt reſpectu diuerſorum illis adhęrere; dum enim aliqua earum ſubiecto formaliter innititur, tunc actum primũ conſequitur: at ſi ab operatione deſiſtit potens ſuum opus peragere; ſecundo modo potentia dicitur eſſe: ſi verò in opere ſuo verſatur, & ipſum perficit, ad actum ſecundum reducitur.

Si differant ſpecie, vel nè.

ET ſi diſſenſus omnes, & conſenſus naturalium rerum in commune genus qualitatis reduci queunt, ex hoc tamen non contingit, vt in plures ſpecies non diuidantur: nam eorum qui fiunt ex virtute Cęleſti in Entia transfuſa ſub diuerſis ſpeciebus collocantur. Qui verò ex qualitatibus Elementorum, ſub alijs, & alijs; propterea quoniam cauſæ eorum alię & alię ſunt, & res quibus innitun tur realiter ſeiunctę, oportet varias, multipliceſque ſpecies eorum eſſe.

Plures eſſe definitiones eorum.

QVONIAM autem idem eſt eſſentia rei, & ſignificatum diffinitionis, neceſſe eſt, ſi eſſentię, ſiue quidditates diuerſarum ſpecierum diuerſę, multipliceſq; ſunt, vt etiam diffinitiones varię, pluresque ſint. Animal.n. rationale eſt eſſentia, & diffinitio hominis, hinnitiuum verò

equi,

equi,quapropter, quoniam realis diſtinctio eſt inter hinnitiuum & rationale; diffinitio vnius non competit alteri, ſed vnumquodque eorum ſuam peculiarem rationem ſortitur; propterea quoniam conſenſus & diſſenſus, plures diuerſaſque ſpecies infra ſe continent, quidditateſque ipſę iuxta numerum ſpecierũ multiplicantur, fieri nequit quin definitiones etiam multiplicentur; ac profiteri congruum eſt, numerum diffinitionum reſpondere multitudini ſpecierum.

Quomodo ſeparari poſſint.

SI verò, vt ex dictis palàm eſt, plures in ſpecies diuiduntur, quiſpiam arbitrari poteſt, cauſas huiuſmodi nunquam ſimul alicui indiuiduo adhęrere, ſed omnino ſeiunctas ſubiecto ſemper differre; re autem vera, & ſi realiter ſemper differunt, aliquando tamen nec diſtingui, nec ſecerni ualent. Vnum enim & idem inuenitur pluribus cauſis ſubijci, ideoque calidum & rubrum naturis Martis, Veneriſq; pręditum res diuerſas efferre poteſt; nam vt calidũ poteſt ad amorem excitare; vt rubrum aliquod animal pellere & fugare: poteſt etiam ex virtute latente in eo vnius ſtellę Anntipariſtaſis aliqua exortum habere, ex virtute alterius concordia in res deriuare, alijs etiam virtutibus exiſtentibus in eo, poteſt alios effectus efficere. Cũ igitur caliditas, color rubrus, virtuteſque ſtellarum res diuerſas efferentes, vni, eidemque ſubiecto adhæreant, ſimulque conflari videantur, optimo iure ſtatuere poſſumus, plures earum poſſe in vno, eodemque indiuiduo permanere: propterea hæ qualitates ſpecie differentes, aliquando ſimul iunctæ, poſſunt non minus vno indiuiduo incumbere, quàm ſeiunctæ pluribus inhęrere.

De cauſis Antipathiæ & Sympathiæ vniuerſi.

EST quidam politus atque elegans Author, qui de cõſenſu vniuerſi differendo, copia verborum, floribus orationis non eget; immò tantum aduigilauit pro nitore eloquij, quantum à demonſtratione receſſit: Nã methodum illam, ſecundum quam poſſumus medium demonſtrationis venari, minimè proſequens, plures protulit verbis, quàm rationibus probauit; Nos verò ne in foueam eandem incidamus, demonſtrationi illi adhærere conabimur, quæ in re ardua difficilique adhiberi poteſt. Litem igitur, & amicitiam à qualitatibus ipſis fluere atque emanare compertum eſt; ideoque vniuerſi Antipathias & Sympathias obtingit ab eiſdem cauſis exoriri; nam quę ſunt qualitates in Elementis, ſunt etiam in Cælo, nobiliori verò nota, itidem quę ſunt in ſuperioribus, in poſtremis etiam viſuntur, ſed de genere conditione, & adulterata natura, qualitates.n. Elementorum caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, quoniã formaliter Elementis inſunt, à viciſſitudine generationis & corruptionis non ſunt alienę; idcirco Peripatetici vocant eas corruptiuas; Corporibus verò Cęleſtibus neutiquam formaliter hęrent, ſed virtute tantum, propterea ſemper idem ſe habentes, meritò dicuntur perfectiuę; Verùm quia quę ſunt in ſuperioribus, ſunt etiam in inferioribus, & ratione conuerſa, oportet ex congruentia harum qualitatum Sympathiam vniuerſi emanare; Antipathia verò fit à qualitatibus contrarijs ad corpora adhęrentibus. Caliditas enim, raritas, & humiditas ſuperiorum opponuntur frigiditati, denſitati & ſiccitati inferiorum, & è conuerſo. Verùm enimuerò, lis & concordia, ex qualitatibus, quę nunc, exempli gratia, proferuntur, ſolummodo ortum non habent, ſed ex omnibus qualitatibus

tibus vniuerſi, quæ adinuicem ſimilitudine naturæ congruunt, vel contrarietate diſſident.

De cauſis Antipathiæ & Sympathiæ corporum Cœleſtium.

SI igitur in qualitates corporibus adnixas, effectus huiuſmodi relati ſunt, neceſſe eſt litem, & amicitiam corporum Cœleſtium ex eorum qualitatibus emanare: nam Cœleſtia in qualitate proxima mutuò ſe adiuuant; diuerſa uerò, atque contraria adinuicem ſe offendunt. Mars enim calidus eſt, & bilioſus; Saturnus frigidus, & melancholicus: propterea quoniam qualitates eorum multùm inter ſe diſtant, longèque ſunt diuerſæ, atq; contrariæ; alter alteri eſt inimicus, atque infenſus amici uerò ratione congruentia: in qualitate humida ſunt Venus, & Luna: quarum virtutes ſimul iunctæ roborantur atque augentur. Idem etiam reliquis Planetis, Stellisque omnibus accidit. Similes enim concordi quadam amicitia ſe complectuntur; diſſimiles intimas inimicitias habent, & gerunt: quapropter conſenſus Cœleſtium à ſimilitudine, diſſenſus autem à diſſimilitudine qualitatum fieri neceſſe eſt. Non me latet iuxta Aſtrologorum ſententiam, litem & amicitiam ad contrarietatem domorum, vel exaltationem etiam poſſe referri; nam domus eſt inimica domui, & exaltatio exaltationi, & vnum Cœlum alteri, quod ſanè ad qualitatem etiam reduci poteſt; Sol enim, exempli gratia, exaltatur in Ariete, Saturnus in Libra; Arietis qualitas eſt ſicca, Libræ humida; ideoque Saturnus in Ariete, & Sol in Libra deprimuntur & deijciuntur; quoniam qualitates ſignorum à qualitatibus huiuſmodi Planetarum nimirum diſſident. Quicquid igitur dictum eſt de ratione exaltationum, dicen-

dum eſt de ordine domorum, & de reliquis dignitatibus.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ Elementorum.

MVNDVS iſte inferior (vt Ariſtoteles inquit) continuus eſt ſuperioribus lationibus, vt inde principium motus, virtutemque omnem hauriat; vnde nec eſſe, nec conſeruari poſſet, ſi ab ipſo diuino non regeretur. Propterea nihil eſt in inferiori mundo, quin ſuperioris virtutis ſit compos; quoque partes ipſius priores, præſtantioresque ſunt, eo magis virtute huiuſmodi abundant: maxime propterea Cœleſti munere primariæ ipſius partes, elementa ſcilicet affluunt, quæ ſane virtute huiuſmodi latente ſenſum, vel vno conſenſu manent; vel inter ſe diſſidium conſtituunt; Hæc autem plures in ſpecies ſecernitur. Continet enim virtutes omnes corporum Cœleſtium; quarum (vt Aſtrologi ferunt) aliquæ ſibijpſis reſpondent: aliquæ natura diſſident. Mars propterea diſſimilis eſt Lunæ, ſimilis vero Soli, Iuppiter par eſt Veneri, diſſentit à Saturno; idemque de reliquarum ſtellarum virtute conſentaneum eſt arbitrari: idcirco qualitates ſtellarum in elementa transfuſæ diſſimilitudinem habentes, diſſentionem faciunt: at ſi ſimiles, & pares ſunt, mutua quadam concordia ipſa connectunt, quapropter perutile eſt animaduertere, qualitates primas elementorum vim æqualem obtinere; ideoque dum ſibijpſis certamen inſtituunt, ſi virtute Cœleſti altera earum non roboraretur, & incrementum ſuſciperet; neutiquam poſſet alteram deuincere. Ex tali igitur certamine potius quies, quam generatio, & corruptio fieret, ſuſcipiens propterea vigorem ex virtute illa aduerſantem deprimit, atque corrumpit: ex quo partes elemen-

mentorum viciſſitudinem quadam generantur, & corrumpuntur, quod remota ſuperiori virtute, contingere minimè poſſet, nec aliquæ partes elementorum generationi, & corruptioni ſubijcerentur. Omne enim quod generatur, vel corruptionem patitur, neceſſe eſt à ſuo contrario generari, vel corrumpi: qua de re, quia ſub orbe Lunæ, & in centro mundi formaliter (vt ita dicam) contraria elementorum non exiſtunt, partes quidem ignis, terræque in interitum nunquàm caderent, nec modo aliquo progignerentur; nam ſicut leue ad locum grauitatis, nec deſilit, nec manet: ſic graue ad locum leuitatis, neque aſcendit, neq; commorari poteſt. Ideoque, nec partes terræ in centro, nec ignis in ſuo loco viciſſitudini generationis, & corruptionis ſubijcerentur, ſi virtualiter contraria elementorum ſuis in locis non ineſſent; quæ quidem contraria ſecundum virtutem nihil aliud ſunt, niſi virtutes corporum Cœleſtiũ, quæ vicem contrariorum gerentes, partes eorum gignunt, & interimunt.

De alijs cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ Elementorum.

EST etiam & alia Antipathia, & Sympathia elementorum, maximam admirationem Fracaſtorio mouens, quam ſanè admirationem tanti viri ita demiror, ut magis demirari non poſſim, noua enim tunc admirationem in nobis faciunt, cum eorum cauſas, principiaque ignoramus. Verùm quia huiuſmodi cauſæ palàm ſe proferunt, conſenſus & diſſenſus ille prouenìens à qualitatibus manifeſtis elementorum, admirabilis minimè dici poteſt. Terra enim ſiccitate opponitur aquę; aqua frigiditate aeri; aer humiditate igni; ignis ſiccitate aeri; aer caliditate

tate aquę; aqua humiditate terrę; terra verò reſpondet frigiditate aquę; aqua humiditate aeri; aer caliditate igni; ignis ſiccitate terrę; Admiratur etiam vir iſte eruditiſſimus, quòd uideamus certis gradibus ſolùm contraria ſimul in eodem ſubiecto permanere, ac quodammodo congaudere; quod quidem potius demirarer, ſi formę eorum non certis gradibus, ſed in ſuo eſſe ſupremo poſſent adinuicem ſe compati.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ Compoſitorum.

QVONIAM autem præter qualitates ſenſibiles, virtutes Cœli elementis inſunt, multæ Antipathiæ, & Sympathiæ, non ex qualitatibus elementorũ, ſed corporum Cœleſtium exortum habent; Effectus enim, qui vires elementorum excedunt, qui admirationem mouent, qualitatibus ipſis incongruum eſt tribuere, quòd ſi operationes omnes ex forma proueniunt, & nihil eſt, quod vltra facultatem, & conſequentiam ſuæ formę poſſit aliquid agere, cenſendum virtutes elementorum gradum ſuarum formarum non excedere; humida propterea, humiditatem inferunt; frigida, frigiditatem; Ferrum autem veluti Herculeus lapis ad ſe non trahunt; nec veluti echeneis puppim retinent, arbitrari propterea debemus à virtute Cœleſti mixtis inhærente potius effluere: ideoque lites, & concordiæ, quę in qualitates elementorum reduci non poſſunt, neceſſariò contingit, vt in virtutes ſuperiorum corporum reducantur; Virtutes igitur ſuperiorum, Plantis, Metallis, Lapidibus, & Animalibus affixæ, ſi ſibijpſis conſimilitudine reſpondent, res ad amicitiam alliciunt, atque

que attrahunt; odium verò inter eos ſtruunt, ſi diſſimiles, & contrarię ſibijpſis obſiſtunt.

De alijs cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ Compoſitorum.

FORMAE corporum ſimplicium, ex quibus Mixta componuntur, & in quæ reſoluuntur, non manent actu in miſto, nec omninò corrumpuntur; ſaluatur enim (ut Peripatetici ferunt) virtus eorum: nam etſi corpus molle naturam ſimul humidi, & ſicci retinet; ſicci quidem, quoniam ſuo termino terminatur; humidi verò quoniam tactui facile cedit, propterea humidum, & ſiccum actu non inſunt ei, ſed virtute tantùm. Si enim actu exiſterent, mixtum ex eis proueniens, non eſſet vnum per ſe, quoniam ex pluribus entibus actu exiſtentibus, non fit aliquid vnum niſi per accidens: propterea ſi formæ in interitum cadunt, & ex corruptis nulla prouenit actio, conſenſus, & diſſenſus compoſitorum ab eis progigni minimè queunt; idcirco erunt optimo iure in virtutes Elementorum relati: manentes enim virtutes elementorum in mixto, ſi ſimilitudinem gerunt, amicitiam pariunt; ſi verò altera ab altera natura & proprietate diſtat, litem intendit; idcirco profiteri poſſumus conſenſus Compoſitorum à virtute conſimili Elementorum, diſſenſum à diſſimili emanare; qua ratione, iuxtà ſimilitudinem tranſlata, quæ de primis qualitatibus dicuntur: poſſumus etiam ad reliqua aggregare; nam ſecundæ & tertiæ, ſi natura proximæ ſunt, ſibijpſis cohærent; ſi verò diſſimiles & contrariæ, mutuò ſeſe abdicant, verùm enimuerò hoc non tantum in Animatis, quæ motu exagitantur exteriore obtingit, ſed Animalibus quoque, quæ motu interiore cientur. Anima enim & corpus com-

compatiuntur adinuicem : propterea quæ temperatione corporis congruunt, inter ſe mutua quadã concordia connectuntur; quæ verò temperationem contrariam ſortiuntur, adinuicem ſe pellunt atque offendunt. Melancholici propterea, in quibus ſiccitas & frigiditas viget à calidis, & humidis, quemadmodum ſunt animantia ſanguine prędita, ſatis ſuperque abhorrent;frigiditate tamen flegmaticus, ſiccitate cholericis inhærent; ſanguinei verò propter humiditatem flegmaticis congruunt, à cholericis ſunt alieni, ratione verò caliditatis flegmaticis aduerſantur, cholericis nectuntur: cholerici quidem diſtant omninò a flegmaticis, quoniam eorum temperatio calida & ſicca iſtorum frigiditati & humiditati aduerſatur; Flegmatici verò humiditate ſanguineis, frigiditate Melancholicis hærent. Quàmuis verò animæ omnes proſequantur temperamentum corporis, multum tamen inter ſe diſtant, longèque ſunt diuerſæ atque ſciunctæ; nam quæ brutis eſſe,& viuere tribuunt,omninò rationis, electionisque expers: paſſiones ortas ex corporis temperatione poſſunt nullo modo deuincere, immò impelluntur ab eis, coguntur que affectiones corporis proſequi. Habentia igitur diſſimilem temperationem,vi quadam naturali ſibijpſis obſiſtunt, infenſaque ſunt; ſimilem verò ſeſe adinuicem diligunt atque adiuuant; quod verò eſt rationis, conſilij, electionisque compos, veluti naturalis potentia ad actum vnum tantùm non dirigitur, ſed æquè ad vtrumque ſe habet, ex eo quod poteſt non minus ad bonum, quàm ad malum ſeipſum conuertere, à corporis affectione ad aliquid agendum, ſiue fugiendum diſponitur, & mouetur; verùm non cogitur, nec neceſſariò paſſionem corporis ſequitur, imò in contrarium ſe fert, eique aduerſatur atque reſiſtit, propterea melancholici & ſanguinei,neque ſemper congaudent, neque condolent; quàmuis enim qualitatibus corporis variè diuerſèque afficiantur, virtute
tamen

tamen poſſunt amicabiliter diſponi, vel ex aliqua animi prauitate ſeditione agitari, inde aliæ Antipathiæ, & Sympathiæ corporis, & uoluntatis originem trahunt; quæ quidem quoniam puræ naturales non exiſtunt; ſermonem alium expoſtulant.

De regulis, quibus huiuſmodi cauſas venari poſſumus.

QVONIAM autem corpora Cœleſtia influunt ſuper compoſita, neceſſariò contingit eorum virtutum nunquàm ab eis remoueri. Cum enim indiuiduum agit, actio ſuperioris cauſę non excluditur, imò adiuuat ipſum ſecundum operationem, & eſt vehementioris adhęrentię cum re; operationes propterea quas mixtum efficit, ſublimiori modo efficiuntur à virtute Cœleſti ei inhęrente, ideoque ſicut virtutes ſuperiorum corporum proximę ſunt in qualitate, vel diſſident, ſic compoſita eis ſubiecta ſeſe amore, vel odio proſequuntur; propterea quoniam Mars & Venus amici ſunt, mixta eis ſubiecta adinuicem ſeſe diligunt atque attrahunt; quę verò ſubſunt Saturno, à Venereis rebus abhorrent, ex eo quod Venus & Saturnus natura, & proprietate diſtant; inde oritur earum rerum denominatio, vt quędam Saturninę, alię Iouiales, alię Martiales, alię Solares, alię Venereę, alię Mercuriales, & alię Lunares appellantur. Propterea, ut de his notio, intelligentiaque capiatur, poſſitque altera earum ab altera dijudicari & diſtingui; vtile eſſe exiſtimo partem aliquam repetere eorũ, quę arcana naturę perſcrutantes penetrarunt. Percipiens enim quiſpiam, cui Planetę iſta, cui illa ſubijciatur, poterit cauſas Antipathię, & Sympathię inueſtigare; Cogno-

ſcuntur

ſcuntur itaque (vt rectè maiores noſtri retulerunt) per imitationem radiorum, vel motus, vel figurę ſuperiorum; vel etiam per odores, colores, & ſapores; quędam etiam per operationes, effectusque, corporibus Cœleſtibus conſonantes. Profitentur propterea Saturno ſubijci grauia, terrea, obſcura, reptilia, ſegregata, ſolitaria, melancholica, nocturna, contemplatiua, auara, timida, multi laboris, immundi victus, genita ex putri materia, & quę fętus ſuos deuorant, ſtupefactiua, feralia, funeſta, & quę grauem odorem, vel violentum, vel noxium habent. Iouialia ſunt calida, & humida, & quę ad vegetationem, & incrementum vitę ſpectant, grata, pia, manſueta, iuſta, mitia, bonę diſciplinę, bonorum morum, temperatę complexionis, & quę alia ſapientia, & dignitate prętant; dulcia etiam quę participant aliquid ſtiptici & acuti, & quę ſuauem odorem, vel colorem aereum ſiue viridem habent. Martialia verò ſunt ignea, ſulphurea, rubea, aduſta, acuta, amara, acria, & linguam perurentia; pari modo venenoſa ex caloris ſuperabundantia, & quę cõtactu ſuo cutem vrunt, vel pungunt, vel pungentibus ſpinis tecta & munita ſunt, omniaque bellicoſa, rapacia, famelica, audacia, & animalibus infeſta. Solaria ſunt lucida, aurea, acuta cum dulcedine mixta, animoſa, magnanima, glorię cupida, quę noctu lucent, vel cantu videntur Solem aduocare. Venerea ſunt, habentia pituitam cum ſanguine, alba, dulcia, vnctuoſa, delectabilia, delicioſa, ſalacia, otioſa, fortis amoris, graueque olentia ſicut hircus. Mercurialia ſunt aquea, vel diuerſorum colorum permixta, ſagacia, ingenioſa, velocis curſus, uerſatiliſque ingenij; pari modo quę conſuetudinem habent cum hominibus Hermaphrodita, & quę ſexum uiciſſim mutant. Lunaria ſunt humida omnia, pinguia; albuminoſa, inſipida, alba, viridia, argentea, & quę varietate obiecti colorem mutant, monſtruoſa omnia, & motum Lunę obſeruantia, aues etiam omnes aquatiles, &

Saturninæ res. *Iouiales res.* *Martiales res.* *Solares res.* *Venereæ res.* *Mercuriales res.* *Lunares res.*

piſcium venatrices. Habita igitur de his ratione, perſcrutantibus huiuſmodi cauſas, Antipathia vel Sympathia aliqua occurrens poteſt per operationem, vel figuram, vel motum, vel colorem, vel ſaporem, vel odorem, vel per imitationem radiorum inquiri, quibus Planetis res concordes, vel cõtrariæ ſubſint. Cognitis enim & perſpectis ſtellis prædominãtibus cauſæ litis & concordiæ palàm proferuntur. Nam ſi ſtellæ erunt inter ſe diſſidentes, ſtatuere conſentaneum erit, diſſenſum fieri à contrarijs virtutibus ſtellarum ipſis inhærentibus: ſi verò erunt concordia coniunctæ, cõſenſus proculdubio erit à virtute conſimili ſtellarum. Scire propterea debemus diſſenſionem ſaltèm effici à virtutibus duarũ ſtellarum in duo ſubiecta transfuſis, conſenſum verò, modò à virtutibus duarum ſtellarum, modòque à virtute vnius ſtellæ, quæ duobus vel pluribus ſubiectis inſita atque innata, illa connectit; quod notius erit ex his quæ dicentur.

De alijs regulis conferentibus ad cognitionem huiuſmodi cauſarum.

ANTEQVAM vlterius procedamus, ſcire operæpretium eſt, quod ſicut vna eademque ſtella plures, diuerſasq; naturas ſortitur, ſic indiuiduum ſub ea ſubiectũ, plures diuerſasq; naturas eiuſdẽ ſtellæ haurire ac retinere poteſt; pluribusque etiam Antipathijs, vel Sympathijs ſubijci. Poſſunt etiam in vnum virtutes diuerſarum ſtellarum confluere, quod diuerſis naturis vetargi perſpectis palàm profertur, quoniam mordacitate virtutis Martis oſtendit ſe compotem eſſe; Mercurij verò ex eo, quod verſatilis eſt ingenioſus, libenterque hominibus hæret: propterea tactu Martis permotus, res aliquas Saturno ſubiectas pellit & fugat; Ex Mercurialibus verò delectationem & nutrimentum ſuſcipit. Si igitur indiuiduum aliquod pluribus modis

diſſenſu vel conſenſu afficitur, acies mentis ad Cœleſtia erigenda eſt: ſyderaque inuenienda, quæ virtutem in ipſum effundunt. Cognitis enim ſtellis, cauſæ quoque huiuſmodi nobis notæ & perſpicuæ erunt; animaduertere etiam perutile eſt, nos tantùm memorare cauſas litis vel concordiæ, quæ à virtute Planetarum efficitur; omittimus verò, ne confuſione implicemur, quæ à ſyderibus octauæ ſphæræ exortum habent. Aſtra enim fixa quoniam innumerabilia ferè ſunt, effectus contingentes in ea relatos ordine ſcientiæ cōplecti, atque conferre nemo poteſt: propterea quod ſtellæ, natura, & qualitate Planetis reſpondent; vndè aliæ earum iſtius: aliæ verò illius Planetę naturę compotes ſunt effectus ſyderum ab ordine Planetarum non exeunt; imò ſimul cum Planetis ad generationem & corruptionem confluentes, huiuſmodi effectus ſimul progignunt, ideoq; quoniam de numero, ac proprietate ſtellarum abſolutam cognitionem capere minimè poſſumus, conſenſus & diſſenſus non ab re ad Planetarum virtutem refertur, quoniam verò à Planetis quęſi unt, in infinitum quoque ferè multiplicantur; de his ſcientia modo aliquo non contingit eſſe, propterea cauſas omnes naturali congruentiæ, vel incongruentiæ proferre minimè conabimur, ſed gratia exempli aliquæ earum proferentur, vt vnuſquiſque per ſeipſum, ſimilitudine tranſlata, occurrentem ſibi quamlibet Antipathiam vel Sympathiam rectè poſſit indagare.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ eorum, quæ ſubſunt Saturno.

ANTIPATHIAE & Sympathiæ igitur quæ nunc exempla afferentur, ſi vera aut falſa ſint, quàmuis à maioribus probentur; neque contendere, neque

ſuadere

ſuadere conabimur. Noſtrum enim non eſt exempla veritate comprobare,& particularia receſere, ſed cauſas vniuerſas diſquirere, perſcrutarique, vt exempla ex his tranſlata quiſq; poſſit,vtens regulis enarratis recta ratione conſequi: Initium igitur ſumatur à concordia & lite,quæ res Saturninæ,cum rebus ſubiectis alijs Planetis, congruunt, vel diſſident;propterea quoniam ſapore,odore,colore,& operatione percipimus,Saturnum in atram bilem,& Martem in Veratrum dominium obtinere,quoniam Planetę iſti hoſtili odio adinuicem ſe proſequuntur,profiteri poſſumus diſſidiũ huiuſmodi fieri à contraria virtute Planetarum ipſis inhærente.Quoniam verò virtus Martis in Veratro exiſtēte,excedit virtutem Saturni in atram bilem effuſam; idcirco Veratrum dominium in ipſam obtinens,vi quadam ipſam pellit atque educit;idem contingit etiam omni diſſenſui,in quo alter contrariorum virtute præſtat alteri;quod quidem,vt idē fruſtrà non iteretur,reliquis etiam tribuere quiſque poteſt. Itidem quoniam Saturnus odit Venerem; res Saturninæ a Venereis abhorrent;quod ſanè quidã(vt ſuperius diximus) viſis Cinaris, triſtitia conficiebatur: in ipſo enim,ut ex figura natiuitatis eius elicitur, qualitas Saturni maximè vigebat; Cinaræ verò,ut colore, ſapore,& operatione,Venerem excitante percipitur, Veneri ſubſunt: propterea virtute Cœleſti per motus, ipſas in odio habebat; Sympathiam autem earum rerum quæ Saturno dicatæ ſunt, ad conſimilitudinē virtutis eiuſdem Planetæ referre debemus. Non enim ob aliam cauſam Camelus & Mulus inter ſe cõgruunt, niſi quia virtute Saturni eis affixa, alter eorum ad alterum mouetur; ſi verò conſenſus erit inter Saturninas,& Iouiales res, quemadmodum ſunt Talpa & Anguis,proculdubio erit relatus in virtutem Saturni, Iouiſque; Nam Planetæ iſti (vt Aſtrologi ferunt) amicitia quadam nectuntur; propterea res eis ſubiectæ tactu eorum impulſę,mutua quadam concordia ſe

proſequuntur. Idem etiam dici poteſt de Sympathia exiſtēte inter Saturnalia, & ea, quæ alijs Planetis Saturno amicis ſubeunt; Neceſſitudo enim Planetarum ad concordiam, & beneuolentiam res eis ſubiectas inuitat, atque allicit.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ eorum, quæ ſubſunt Ioui.

IOVIS igitur probitate, ac naturæ benignitate Planetæ omnes, prę̨ter Martem, ad amicitiam alliciũtur atque attrahuntur, quod res in eius ditione exiſtentes, paucis rebus diſſenſu obſiſtunt; pluribus uerò ac ferè innumerabilibus conſenſu reſpondent, diligunt omnia; propterea & ab omnibus diligũtur, Martialibus exemptis, quę malignitate Martis erga Iouialia malè affectę ſunt; proptereà Onager tactu Martis, ab Elephante Ioui dicato odio quodam diffidet, virtute etiam Martis tĩmpana Lupina eà diſſoluunt, quę ex agnino corio conflata ſunt, quemadmodum igitur plantę reciſę, ſiue euulſę virtutem retinent, quā dum virebant, alimentum incrementumque ſuſcipiebant, poterant ſuas operationes explere; ſic virtus alicuius animalis, poſt extremum ſpiritũ diu in cadauere, vel in aliqua eius parte contenta in ſuum ſimile, vel contrarium agere poteſt; in Lupino proptereà corio manens poſt mortẽ virtus Martialis, & in Agnino Iouialis; tympana ex eis conflata ad diſſenſum prouocant; quod maiores non percipientes, hoc ad ſpecies quaſdam ſpirituales referunt; quę quidem ſi nõ ſunt emanationes, non intelligentię, non corpora Cœleſtia, non Elementa, non mixta, nec virtutes ex ſubſtantijs dimanantes, erunt potius res fictę (vt Scilla & Chimera) quàm cauſę litis, & concordię naturalium rerum; quò verò ad Sympathiam, Iouialia ſimul congruunt atque congaudent, propte

rea populi & vites ſeſe adiuuant atque corroborant. Iouialibus etiam congruunt entia, reliquis Planetis ſubiecta. Natura enim Iouis multam vim habet ad coniungendas amicitias: ideoque conſpecta Sympathia aliqua inter Iouialia & illa, quę à Iouis amicis dependent; ſtatuere quiſque poteſt fieri à virtute huiuſmodi Planetarũ eis inſita: inde eſt, quod Ciconia Iouialis, & olor Solaris auis tactu Solis, Iouiſque concordia nectuntur; quod etiam contingit rebus, Veneri, Mercurio, Lunęque ſubiectis, quę Iouialibus concordia naturali adhęrent.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ eorum quæ ſubſunt Marti.

CVM autem Mars natura maleficus, diruſq; ſit, effectibus Martialibus cõtingit plurimum à Iouialibus diſtare; Ioui enim Mars tãtùm infenſus & inimicus eſt; reliqui verò Planetę benignitate eius ducuntur, ac ei aſſentiuntur; Martem verò, conuerſa ratione, omnes in odio habent pręter Venerem; ideoq; ille ad concordiam res ferè omnes adducit; iſte verò litem & odium in res ſtruit; qua de re, quoniam inimicus eſt Soli, Martialia & Solaria mutuò ſe pellunt, & abdicant: propterea Laurus Soli ſacer fulgura repellit, perpetuòq; virens ęſtiuum ęſtatis ardorem non veretur. Itidem ſubiecta reliquis Planetis ſibi aduerſantibus, eadem ratione Martialia oderunt. Quod autem res Marti ſubiectę, inter ſe congruant, manifeſtum eſt ex mirabili conſenſu Magnetis & ferri, quorum alterum, ad ſe alterũ; trahit: dummodò Adamas, in quò virtus Martis maximè viget, prope non maneat: ligat enim virtutẽ Magnetis, ipſamque compeſcit ac ſubigit; ſicut. n. dũm Princeps lõgè abeſt, Pretor ſuo fungitur officio, impetumq; ciuium coercet, ſed

ſente Domino, neque iura dat, neq; poteſtate ſua ad parendum aliquem cogit:Sic Magnes agit in ferrum abſente Adamante, ſed coram ipſo attrahere minimè poteſt. Vis enim Martialis ſua, quoniam exceditur à virtute Adamãtis, ab ea deprimitur atque ligatur; Congruunt etiam inter ſe Martiales atque Venereę res, ex quo mulieres, & viri militares libidine exagitati, mutuò ſe diligunt, atque proſequuntur. Ideoque (vt Ariſtoteles refert) qui primus fabulatus eſt non irrationabiliter, Venerem Marti coniunxit, quoniã milites proni ſunt ad Venerea, illiſque obnoxij.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ eorum quæ ſubſunt Soli.

QVANTVM verò Cœleſtis tactus in Animalia ratione, electioneq; orbata valeat: Leo ferarum rex teſtari non deſinit. Quàmuis enim ceteris animantibus magnanimitate & animoſitate plurimùm pręſtet, non propterea obtingit, vt virtute Cęleſti perterritus, Muſtelam non extimeſcat. Nam Mercurialia, quemadmodũ ſunt Muſtelę, & Solaria, ſicut Leones, ex eo quod Mercurius aduerſatur Soli, odio quodã maximè diſſident; Formidat propterea Leo Muſtelam, eique damnum, & detrimentum ab ea infertur. Quò verò ad Sympathiam, quis admiratione non detinetur, inſpiciens Leonem Gallum vereri? quoniam virtus Solaris in Gallum exuberat. Admirationem etiam mouet conſenſus inter Solaria, & illa, quę Soli amicis dicata ſunt; ex quo Taurus ad Solem relatus, fico deuinctus, ſedata feritate animi, conquieſcit. Virtus enim Veneris in arborem huiuſmodi effuſa, tam ferox Animal, tàmq; indomitum, mãſuetum, humileq; reddit. Multę etiã Antipathię & Sympathię inter Solaria, & alijs Planetis ſubiecta, exoriri videntur; ſed breuitatis cauſa omittere, non incongruum eſt.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ eorum quæ ſubſunt Veneri.

PLANETAE quidem omnes (Saturno excepto) iucunditate atq; comitate Veneris ad amicitiam du cuntur; idcirco Venerea cum illis, quę ad alios pla netas referuntur, amicitiam conſtituunt. A Saturninis verò abhorrent, eisq; obſiſtunt: propterea tactu Veneris ferali Bu boni, Coruus eſt inimicus, atq; infenſus; eadem ratio eſt, ꝙ iuuenes, & ſenes congaudere minimè queunt, nec ſimul con ſuetudine vti, ſed virtute contraria Saturni, Venerisq; ſeſe vi tant atq; effugiunt. Res autem Venereę inter ſe, naturali qua dam ſocietate ſe cōplectūtur atq; coniunctę ſunt: qua de re, Motacilla hirundinem, Columba paſſerem ad amicitiam in uitat atque adiungit. Venerea etiam amicitiam conſtituunt cum rebus alijs planetis, ſubiectis ideoq; Turtur auis Venerea, & Pſittacus Mercurialis, mutua conſenſione conciliantur, & coniunguntur, quod etiam de rebus, reliquis planetis ſubiectis, dicere conſentaneum erit.

De cauſis Antipathiæ & Sympathiæ eorum quæ ſubſunt Mercurio.

QVAMVIS igitur varijs Mercurij moribus, varię, di uerſęq; Mercuriales res efficiantur: cum tamen ei amici ſint Iuppiter, Venus, & Saturnus, conſenſu quodam naturali, Mercurialia, Saturninis, Iouialibus, Ve nereisq; rebus hęrent, & ratione conuerſa, ex eo quod ei ini mici ſunt Mars, Sol, & Luna, quę Mercurio ſubiectę ſunt res; Martiales, Solares, Lunaresq; pellunt, & effugiunt: propterea Panthera Lunę dicata, & Simius Mercuriale animal, natura plurimum diffident. Acredula verò & Galerita conſimili, ea demq; virtute Mercurij in vtramq; effuſa, inter ſe cōgruunt: Similiter, quoniã Mercurius eſt Ioui neceſſitudine iunctus,

in-

ter Cucupham Iouialem,& Picam Mercurialem auem,mutua concordia verſatur; quod de reliquis iudicium ſimile vnuſquiſque per ſeipſum conſtituere poteſt.

De cauſis Antipathiæ, & Sympathiæ eorum quæ ſubſunt Lunæ.

QVONIAM autem Luna infima planetarum,citima terris eſt, Lunares effectus notiores nobis fiunt; ideoq; cum Luna Herinacei marini, Oſtrea, & Cōchilia omnia ſenſu percipimus creſcere, pariterq; decreſcere, fluxus quoq; & refluxus maris, freta, æſtusq; maritimi, acceſſu & receſſu Lunę, commouentur corpora denique humana, exiſtente in quadrato, vel coniunctione, vel oppoſitione Solis exagitari apertè ſentimus: quò fit, vt lites & concordię prouenientes ex ea, apertius nobis proferantur, idcircò quoniam eſt inimica Marti, Lunares & Martiales res ſibi ipſis aduerſantur, quare Euphorbiū virtute Martiali in eo vigente, Lunarem pituitam diuidit, atq; educit. Verùm enimuerò, qm̄ (vt Medici dicunt) cō trarijs cōtraria curantur, ambiget fortaſſe aliquis, hoc cōtingere, non virtute Cęleſti, ſed potius caliditate Euphorbij, ex quo operępretiū eſt aīaduertere, modò tm̄ Euphorbiū non agere in pituitam caliditate, ſed ēt virtute Cęleſti ei affixa: ſignū eſt quod multa eodē gradu caliditatis prędita, eandē vim non obtinent, qm̄ tali virtute Cęleſti ſunt penitus denudata. Quo verò ad cōſenſum inter Lunaria, Lapidem Selenitem morbum ſacrum curare proferunt, quò fit, vt aliquando corpus viuum potius vigore ſimilium, quàm contrariorum ad medium reducatur. Habent etiam conſenſum Lunaria, cum rebus amicis Lunę ſubiectis, ideoq; Lunares Anſeres, & Venerei Cygni mutuò congruunt inter ſe, ac congaudere videntur, quę quidem, exempli gratia, ſint a me enarrata, vt quiſpiam proſequendo hanc methodnm: poſſit reliqua indagare.

FINIS.

CAESARIS AEVOLI

NEAPOLITANI.

DE

Modo, & poteſtate, quam Dæmones habent intelligendi ac commouendi conce-ptus animæ, paſſioneſque appetitus.

VENETIIS, M D LXXXIX.

Apud Dominicum de Farris.

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI.

De modo, & poteſtate quam Dæmones habent intelligendi ac commouendi conceptus animæ, paſſionesq́; appetitus.

EST vnanimis ſententia eorum, qui ad arcana Philoſophiæ mẽtem non erexerunt, ſecreta animi verbis non prolata, modo aliquo non poſſe ab intelligentijs penetrari: niſi prius ſermone, vel membrorum motibus palàm proferantur; eaſq́ue credunt non poſſe etiam in intellectum ſpecies intelligibiles effundere, nec paſſiones appetitus excitare; ideoq́ue quoniam à forma rationis ſatis diſtare videntur, quàmuis hoc multum habeat difficultatis & laboris, rei tamen iocunditate atque vtilitate ductus: omni ſtudio enitar, vt eorum ſententia ad veritatem reuocetur; Itaque ad maiorem rei intelligentiam, vtile admodum eſſe exiſtimo, prius aliqua præſupponere; quibus ob veritatem, quam continent, ſapientes ferè omnes aſſentiri non deſinunt.

Prima ſuppoſitio.

DVm prima omnium rerum cauſa intelligendo ſcipſam, omnia intelligit, obiectis, vel organis non vtitur, nec ei vnus motus poſt alium occurrit; minimo verò intuitu abſque ratiocinatione, medijſque corporeis: quidditates rerum abſolutè complectitur; intellectus noſter obiectis eget, ex vno in aliud migrat, officioq; inferiorum corporum ſcipſum ad ſuperiora dirigit. Dæmones, & intelligentiæ omninò materiæ denudatæ, non conuertunt ſe ad Phantaſmata: non ratiocinantur; nec per inferiora, ſuperiora perſpiciunt; Quoniam verò ex alio pendent, & earum intelligentia præfinitis terminis circumſcribitur: veluti Deus omnia abſolutè non intelligunt.

Secunda ſuppoſitio.

COrpora quidem omnia, vel ſint corruptibilia, vel æterna, ſubijci omnes ferè ſapientes cognitioni intelligentiarum exiſtimant; quę quidem, quoniam veluti intellectus noſter velamine ſenſus non teguntur: poſſunt nobiliori modo naturas eorum, & proprietates percipere; ideoque de his certam conſequuntur ſcientiam. Intellectus vero noſter, dum corpori hæret, velamine ſenſus, & Phantaſmatibus, naturam rei ad vnguem elicere minimè poteſt; quare ſcientia in nobis potius opinabilis, quàm demonſtratiua dijudicatur.

Tertia

Tertia ſuppoſitio.

MVltvm etiam intereſt inter noſtram, & intelligentiarum ſpeculationem; Illæ namque compoſitione incomplexa non iungunt, nec complexa diuiſione ſecernunt: ſed ſimul acie mentis totam rei eſſentiam percipiunt. Intellectus verò dum aliquid intelligere conatur, componendo vel diuidendo cogitur veritatem rei indagare; quod ſuam operationem ſubijci inclinationibus temporis obtingit. At intelligentiarum operationem quoniam in ipſo nunc conficitur, nulla temporis circumſcriptio metitur.

Quarta ſuppoſitio.

ETsi operatio intellectus, iuxta Diui Thomæ ſententiam, organo aliquo non eget: nunquàm tamen perficitur ſine phantaſia; quæ quidem, quoniam habet ſe ad intellectum, ſicut colores ad viſum: Peripatetici eam eſſe obiectum intellectus exiſtimant; Statuere propterea congruum erit, animam ipſam dùm corpori hæret: modo aliquo non intelligere ſine phantaſia.

Quinta ſuppoſitio.

AT quoniam non ſolum materialia, ſed quæ magnitudine vacant, & quæ temporibus non ſubijciuntur: non contingit intelligere ſine phantaſia; Deus ipſe, & intelligentiæ: quàmuis ſint à materia ſeiunctæ, tem-

po-

poreq́ue non menſurantur: quoniam eorum ſimulachra phantaſiæ impreſſa ſunt definitæ quantitatis; ſine tempore & continuò percipi minimè queunt.

Sexta ſuppoſitio.

ETSI nihil ſine Deo regi, & gubernari poteſt; omniaq́ue ex ipſo emanant, & in ipſum reducuntur. Secundis tamen cauſis ab ipſo diuino iuxta gradum & terminum naturæ datum eſt multa efferre; poſſunt propterea confluente virtute intelligentiarum Cœleſtia corpora per Elementa multa in hunc mundum effundere. Intelligentiæ verò, & officio corporum Celeſtium, & ſine eorum præſidio poſſunt vigore proprio ſua munera inferioribus elargiri; corporaq́ue tactu ſyderum diſpoſita in contrariam partem inclinare: quare ab eis non ſolùm veluti à ſuperioribus lationibus corpora omnia poſſunt cieri, & exagitari, ſed quoniam in agendo aſſiduè concurſione aliarum cauſarum non indigent, multa procliuius agunt.

Oſtenditur intelligentias animi ſecreta intueri.

SI noſter igitur intellectus veluti Deus abſolutè intelligeret, conceptus animi intelligentias prorſus laterent; deficiente enim medio, animo non percipitur, qua ratione poſſent illos cernere atque intueri. Quoniam verò oportet intellectum ad phantaſmata ſe conuertere, quæ ſunt in animi latebris, etiamſi oratione, vel geſtibus non promulgantur, neceſſariò illis per phantaſmata indicantur; at quoniam intellectus (vt Ariſtoteles refert)

cum

cum ſciens dicitur, poteſt per ſeipſum intelligere, videtur fortaſſe non ſemper phantaſmatibus indigere. Si enim ſemper per phantaſmata intelligeret, non poſſet utique per ſeipſum ſuam operationem perficere; hæc autem vera & ſi ſciens dicitur, non ob id cenſere debemus: omninò obiectis non indigere; nam vt Diuus Thomas inquit: tàm ſciens, quàm rudis ſine phantaſia non intelligit; ratione verò diuerſa. In illo enim phantaſma rei intellectę reſidet, & conſeruatur: in iſto verò de integro gignitur; quod lumine intellectus agentis conditionibus Hylæ denudatum, in intellectum poſſibilem defertur; vnde eadem phantaſmatum emanatione poſſunt intelligentię illud idem intelligere, quod intellectus intelligit. Adde his: quod illæ, cùm ſint velamine ſenſus non obductæ, perfectius poſſunt è phantaſmatibus quidditatem rei elicere, ſuaque peculiari virtute, nulla intellectus agentis actione confluente, rubiginem phantaſmatum abradere.

Intellectum etiam in alienatione, et in ſomno non intelligere ſine phantaſia.

QVONIAM autem (vt Peripatetici ferunt) à primo omnium rerum principio, infinita virtute prædito: Cœlum, & tota natura dependet; non ab re ſapientes omnes diuino numine afflati, apertè dicunt, poſſe ipſum ſeriem cauſarum, legęſque naturæ ſuſpendere atque corrigere, quod modò non tantùm validis rationibus: ſed etiam experimento occurrentibus nobis effectibus, maximam admirationem mouentibus: in dies comprobatur; & ſi hoc ſola Dei virtute aliquando efficitur: propterea arbitrari quiſpiam non debet, continuè, & leui de cauſa ex ipſo emanare; imò cum lex naturæ ſit à Deo impoſita, omniaque

tali

tali iure dirigantur, & conſeruentur: fas eſt opinari ipſam Deum non differre, niſi magna res aliqua diuinam voluntatem excitet; ideoque quoniam à natura conſtitutum eſt, intellectum, dum corpori hæret, non intelligere ſine phantaſia: non eſt, cur iuribus naturæ abrogatis, in alienatione intellectus ſine phantaſia ſpeculetur; & eò magis, quod habẽs ſe ad immaterialia, ſicut oculus Nicticoracis ad lumen Solis: abſque medio eorum fulgorem non ſuſtinet; ideoque ſi per phantaſmata ſpecies intelligibiles non ſuſciperet, proculdubio perſtringeretur; quicquid igitur intellectus in alienatione ſpeculatur; poſſunt eodem medio intelligentiæ earum acie intueri. Somnus etiam quodammodo confert ſacro furori; in vtroque enim ſopitis iam ſenſibus, interiores potentiæ roborantur, & phantaſmata ſenſui impreſſa nõ commouentur: quod melius in ſomno, quàm in vigilia intellectui obijciuntur; nam vt Ariſtoteles inquit, motus fortes quibus commouentur ſenſus in vigilia: faciunt minores motus phantaſiæ latere.

Actiones ſenſus communis ſubiacere cognitioni intelligentiarum.

CVM autem ſenſus communis actum particularium ſenſuum percipiat, uel eorum obiecta ſecernat, fieri nequit: quin mentes ſeparatæ earum acie poſſint actiones eius complecti. Dùm enim percipit oculum videre, vel vnum obiectum ab altero eſſe omninò ſeiunctũ; oportet ipſum organis vti: quibus ſanè neceſſariò ſenſitiuæ motiones innuuntur, ac ſi immutatio ſenſus intentionalis exiſtit; propterea latere minimè poteſt. Motu enim rei in animam, receptione ſpecierum, & organorum immutatione proculdubio iudicatur.

Operationes phantaſiæ eſſe intelligentijs perſpicuas.

QVONIAM autem phantaſiæ eſt, retinere ſpecies ſenſatas: illasq; ad inuicem componere; cum hoc non contingat eſſe, niſi prius ſpecies illæ per ſenſus particulares, deinde per communem ad ipſam deferantur; non ab re creditur mētes ſeparatas poſſe his medijs eius operationes intueri; eoq; magis quod phantaſia inſeparabilis exiſtens, ſicut cetera entia corporea, mente intelligentiarum percipitur. Non me latet Arabes profiteri, operationem phantaſiæ ſpecies ad inuicem componentem: potius ad imaginatiuam pertinere; quibus ſi quiſpiam aſſentitur, cogitur hoc idem profiteri: quoniam non minus hæc potentia, quàm phantaſia, non poteſt ſine tranſmutatione interiorum & exteriorum ſenſuum, operationē ſuam explere.

De operationibus cogitatiuæ.

OFFICIVM autem cogitatiuæ eſt, elicere intentionem non ſenſatam à ſpecie ſenſata in phantaſia celata; quo quidem officio, quàmuis exiſtimatiua in animalibus ratione carentibus fungatur: hæc tamen ab illa plurimùm diſtat. In Brutis enim non ratiocinatur, ſed tantùm naturali inſtinctu intentiones non ſenſatas percipit; Cogitatiua ratione conuerſa ſimilitudine quadam intellectui hærens ratiocinatur; propoſitionesq; particulares ſumens, expoſitorium ſyllogiſmum conſtruit; vel arguēs ab exemplo, argumenti ſententiam colligit, itaq; vel intentiones non ſenſatas à ſenſatis elicit, vel ſyllogiſmo particu

lari, aut exemplo concluſionem inferat: neceſſarió mente intelligentiarum capitur. Non enim poſſet intentiones nō ſenſatas abſtrahere, ſi non conuerteret ſe ad phantaſiam; quæ quidem conuerſio, quoniam non fit ſine cogitatiuæ im mutatione, proculdubio indicatur; propterea dùm ſyllogi zat, uel exemplum aggreditur, & una intentio poſt aliam ei occurrit, varia diuerſaq; ſpectra in ſenſu commouentur; ſenſata quidem in phantaſia, non ſenſata in cogitatiua; ex quo non ſolùm actiones cogitatiuæ innoteſcunt, ſed modus etiã quo diuerſæ ſpecies diuerſis potentijs realiter ſeiunctis inhę reant. De actu verò reminiſcendi ad hanc potentiam relato, hoc idem ſtatuere debemus: nam & ſi in reminiſcente, ueluti in eo qui memoratur, ſpectra omnia non conſeruantur; ſaluatur tamen pars aliqua eorum, uirtute cuius aliud & aliud, quod ex memoria exciderat, iterum rediet, ideo poſ ſunt etiam reminiſcentiam intueri.

Actus memoriæ intelligentijs indicari.

MEMORIA iuxta Peripateticorum ſententiam: vel eſt potentia quæ conſeruat phantaſmata; vel actualis præteritorum recordatio: vel ſpectrum de relictum in parte memoratiua: Si potentia ſpecierum conſeruatiua: quoniam organis eget, corporiq; innititur, latere minimè poteſt. Si recordatio actualis: hoc idem valere debet. Recordatio enim, ut Ariſtoteles refert, ſine ſenſu non contingit. Si ſpectrum in parte memoratiua deſcriptum, quemadmodum humano intellectui obijcitur; ſic etiam intelligentijs poteſt occurrere. Quamobrem organorum diſpoſitione: potentiarum conuerſione, uel ſpecie in ſenſu derelictæ proculdubio ab eis percipitur.

Quod intelligentiæ poſſint cogitationes intellectus excitare.

Demorare autem ſuperius enarrata: quibus ſapientes ferè omnes aſſentiuntur; operæpretium eſſe exiſtimo. Tali enim recordatione perſpicuum fit, cogitationes animi modò ab eis non tantùm percipi, ſed etiam commoueri. Cum enim non contingat intellectui, dum corpori hæret, ſine phantaſia ſpeculari; quis abneget intelligentias poſſe in ipſum ſpecies intelligibiles influere, nouasq; cogitationes excitare? Quod Peripatetici uidentes: corporea omnia, quemadmodum ſunt vires ſenſitiuæ, poſſe actione ſuperiorum cauſarum cieri & exagitari, aſſerunt. Cœleſtia phantaſiam mouendo, etiam intellectum ad aliquod agendum ſiue fugiendum diſponere. Quoniam verò Cœlum agit motu, tactu, & lumine, ſatis ſua ab illarum operatione recedit; ideoq; hoc aſſiduè non efficit, ſed certis præfinitis temporibus, dum Planetæ, cęteraq; ſydera radiatione aliqua, uel ſitus diſpoſitione vim quandam adipiſcuntur; Intelligentiæ verò, quoniam frequentia aliarum cauſarum non egent; deſiſtente corporum Cœleſtium & Elementorum actione: arbitratu earum non minus in una, quàm in alia temporis inclinatione poſſunt his medijs intellectum excitare.

Quod intelligentiæ poſſunt etiam mouere ſenſum communem, phantaſiam, cogitatiuam, & memoriam.

SPECIES verò ſenſibiles, quæ in potentijs ſenſus interioris, veluti ſigillum in cera imprimuntur, vel per ſenſus particulares in animam deferuntur, uel ſine eorum medio ex ſuperioribus cauſis emanant; ſignũ eſt actio dormientis, cui aliquando ſimulachra multa occurrunt; quæ per ſenſus particulares non ingrediuntur, nec unquàm in ſenſorio fuerunt impreſſa; ideoq; non immeritò creditur illa extrinſecus accedere, & eò magis, quod humores corporis ſpectra noua in ſenſu non perſcribunt: ſed illa tantùm commouent, quæ in ipſo conſeruantur; at intelligentiæ, quoniam corpora inferiora virtuti earum ſubijciuntur reſeruata non ſolùm excitant, ſed noua atq; diuerſa, remota ſenſuum particularium actione immittunt; quod diuinatione, quæ per ſomnia fit, confirmatur. Cum enim aliquando ſint futurorum ſimulachra: oportet ut à Deo, ſiue ab intelligentijs effluant; nam Deus abſolutè, & intelligentiæ communicatione quadam futura proſpicientes: poſſunt nobis talia immittere.

Quid ſint paſſiones animi.

QVONIAM autem ſubſtantiæ immateriales, non ſolùm paſſiones animi intueri: ſed etiam excitare poſſunt; perutile eſt memoriæ tradere, quid hæ ſint: cuiq; animæ potentiæ innitantur. His enim perſpectis, faci-

facilius res deprehendi poterit, itaq; ut rectè Diuus Thomas inquit: in parte vegetatiua non conſtituuntur. Cùm enim alimentum in ſubſtantiam nutriti conuertat: uel ipſum uiuens conuerſione alimenti de minori ad maiorem quantitatem deducat: uel alterum in ſpecie ſimile generet; neceſſariò ſemper agit, & nunquàm patitur, ideoq; rectè hæc potentia actiua, eiuſq; operationes potius actiones, quàm paſſiones dijudicantur; non poſſunt etiam in potentijs intellectiuis reſidere; nam etſi intelligere eſt quodammodo pati: non propterea in paſſionibus propriè dictis numeratur. Vera enim paſſio duas præcipuè conditiones requirit; alteram; ut potentia cui ineſſe debet, ſit organica. Alteram uerò, ut ipſa in obiectum deferatur; Intellectus uerò, quoniam organis non utitur, nec ab obiecto trahitur, paſſionibus non commouetur. Idem etiam de potentijs ſenſitiuis cognitionem habentibus ſtatuere poſſumus: quoniam ſenſus non defertur in rem ſenſibilem, ſed res in ſenſum. Voluntas verò omnibus organis ſoluta, quoniam ueluti agens operatur: & tanquàm ſubiectum aliquod paſſiuum non dirigitur; paſſione aliqua non afficitur. At ſenſitiuus appetitus, cum potentia organica ſit, & in rem deferatur, neceſſariò uarijs paſſionibus commouetur; ideoq; rectè Peripatetici dicunt; Paſſiones eſſe motus appetitus ſenſitiui, quibus delectabile proſequimur, uel triſtabile cauemus.

Oſtenditur intelligentias poſſe intelligere et excitare paſsiones appetitus ſenſitiui.

APPETITUS igitur ſenſitiuus, natura & conditione à uoluntate nimis recedens: cum potentia organica ſit, varijſq; paſſionibus affecta: lumine intellectuis non illuſtratur; ſed patefaciens ei phantaſia, uel cogi

tatiua bonum uel malum particulare, docet ipſum & explanat quid proſequendum, quid fugiendum ſit; Ex quo ſex concupiſcibiles affectiones, Amor quippe, Odium, Deſiderium, Fuga mali, Delectatio, & Triſtitia exortum habētes: latere minimè poſſunt. Cum enim ſimulachrum obiecti phantaſiæ uel cogitatiuæ inhæreat, & illæ abſq; corporis exagitatione non excitētur; neceſſariò corporali alteratione & obiecto repræſentato iudicantur. Adde his, animum in affectione uel bono adepto, ſe ipſum ad quietem tradere, uel perquirendo ipſum, aut contrarium effugiendo, uarijs commotionibus exagitari; Ideoq; percipientes intelligentiæ motum aut quietem, poſſunt illas proculdubio intueri. Idem etiam de affectionibus iraſcibilis opinari debemus. Spes namq;, Deſperatio, timor, audacia, & ira, poſſunt ijſdem medijs palàm ſe proferre; & præcipuè quod affectiones iraſcibilis uehementi quadam, & acri incitatione corpora cientes, apertius innoteſcunt. Quonam verò modo poſſint commoueri, ſuperuacaneum eſſet dicere; Nam ex ſuperius enarratis facilè deprehenditur: intelligentias imprimentes ſenſui ſimulachrum obiecti, non minus iraſcibilem quàm concupiſcibilem poſſe ad hanc, uel ad illam paſſionem excitare.

Quod intelligentiæ actiones voluntatis præſentiant, ipſamq; ad agendum diſponant.

CVM autem voluntas ſit cognitione orbata, bonum vel malum ex ſe non percipit; ſed conſultatione intellectus, ei quidditatem boni offerētis, alterum proſequitur: alterum effugit; Intellectus verò non conſulit ipſi, nec ei bonum offert, ſi prius è phantaſmatibus naturam rei non adducit; propterea actus intellectus, actum phantaſiæ, & actus uoluntatis, actum intellectus ſupponens: altera

poten-

potentiarum in operatione, ab altera neceſſariò pendet; ideoq; dum intellectus conſulit uoluntati,& voluntas eligit bonum, hominemq; ad proſequendum ipſum impellit ordine & ſuppoſitione actuum & potentiarum; opinari debemus motus animi uoluntarios intelligentias non latere;Prętereà, quoniam materiales ſubſtantiæ earum virtuti ſubijciuntur,& nihil eſt ex potentia hylæ eductum, quod ab eis non poſſit commoueri: proculdubio ſpectra rerum optabilium in ſenſu imprimendo: poſſunt intellectum illuminare,& voluntatem ad fugam mali, uel ad boni adeptionem excitare.

FINIS.

potentiarum in operatione, absque necessitate, praeter ;
ideo; dum intellectus consilij nostri, & voluntas [illegible]
bonum, boni inueniendi ad prosequendum [illegible] impellit or-
dine & suppositione actionis & [illegible]
mus motus [illegible] uoluntates intelligentiae non latere, si [illegible]
tatis, qui [illegible] materiales substantiae [illegible] uirtutis subij-
ciuntur, & ab illis ex potentia [illegible] quod [illegible]
non possit commoueri: proculdubio species rerum optabi-
lium in sensu imprimendo, possunt intellectum illumina-
re, & voluntatem ad fugam mali, uel ad boni adeptionem
excitare.

F I N I S.

CAESARIS AEVOLI
NEAPOLITANI.
APOLOGIA.

PRO VRSVLA NEAPOLITANA,
QVAE AD VRBEM ACCESSIT
ANNO M D LXXXIII.

VENETIIS, M D LXXXIX.

Apud Dominicum de Farris.

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI

APOLOGIA.

PRO VRSVLA NEAPOLITANA, QVAE AD VRBEM ACCESSIT ANNO M D LXXIII.

VENETIIS, M D LXXIX.

Apud Dominicum de Farris,

CAESARIS AEVOLI NEAPOLITANI.

APOLOGIA.

PRO VRSVLA NEAPOLITANA, QVAE AD VRBEM ACCESSIT ANNO M D LXXXIII.

QVONIAM noua atq; inſueta dubitationem nobis afferunt, ſignisq; illa comitantibus datum eſt naturam & proprietatem cauſæ, à qua effluunt, indagare; Non ab re ſapientes ferè omnes qui hac tempeſtate, grauitate doctrinæ atquè morum elegantia alijs præſtant, uidentes abſtractionem cuiuſdam mulieris nimium finem naturæ tranſcendere, ſignaquè multa incerta atquè adumbrata eſſe, arbitrantur illam poſſe non minus perturbatione Dæmonum, quàm uirtute diuina concitari. Quamobrem uarijs rationibus permoti, in uarijs diſcepta-

tionibus uerſantur; nonnulli propterea in dubium ueniunt, an intellectus in alienatione intelligat auxilio phantaſmatum, uel omninò remota phantaſiæ actione, ſpecies intelligibiles in ipſum effluant. Alij uidentes illam nimis frequenter in alienationem cadere; putant à Deo, ſiue ab intelligentijs non commoueri, ſed Dæmonum perturbatione, uel inęqualitate bilis atræ acerbiſſimè uexari. Quoniam autem grauitate augetur: ſunt etiam qui dicunt Dæmonum violentia tunc vires eius deuinctas, corpus ſuſtinere non poſſe, quod pondere auctum, modica vi non poſſit ſubleuari; at verò, quoniam ante, & poſt abſtractionem in cachinnos erūpit, de illa non ſolùm coniectura, ſed validis rationibus ſuſpicantur. Fidem etiam præſagionibus eius adhibendam eſſe, omninò negant; nam riſus ſuſpicionem afferens, uidetur eius fidem abrogare.

Res igitur à Deo emanantes, adeò ſua prouidentia iuxta earum conditionem perficiuntur, ut cum deliquium aliquod, uel error in illis non reſideat, opus non ſit poſt earum productionem addere aliquid, uel correctionem eis adhibere; imò cum omnia ſint ab ipſo compoſitè, perfectèquè inſtituta: omnia ſunt illis medijs organis, vel obiectis confecta, quibus poſſunt ſuas operationes perficere; quare intellectus cum ſit à natura perfectè inſtitutus, illis non caret medijs, quibus actio ſua expletur: & quoniam præfinitum eſt, intellectum dum corpori hęret, non intelligere ſine phantaſia; incongruum eſſet opinari Deum eleganter atquè benè inſtituta amouentem immediatè ſpecies intelligibiles in intellectum effundere. Quod enim iuuat, & quod bonum eſt, bona non euertit; ideoquè quoniam Deus infinita bonitate prędítus, & ab omni liuore alieniſſimus; miro ordine rectè inſtituit ſpectra officio phantaſię in intellectum transferri; opinari non debemus, remota omni ſenſus operatione,

men-

mentem illuſtrare,ex quo videtur intellectus etiam in alie natione phantaſmatibus indigere, & eò magis, quod animæ captus ad Dei fulgorem proportionem nõ habens,ſi lumen Dei immediatè ſuſciperet, proculdubio perſtringeretur; at quoniam intelligibiles per ſenſus particulares ad communem, & per communem ad phantaſiam deferuntur: fortaſſe alicui uideri poteſt cognitionem ex ſenſibus ortum habentem non poſſe ſine phantaſia ad actũ deferri. Illam uerò quæ à Deo, ſiue ab intelligentijs efficitur, phantaſmatibus non indigere; nam ſi ſpecies à ſuperiori numine in animam effluunt, opus non eſt, ut per ſenſus etiam ſint delatæ: ex quo nonnulli arbitrantur,non ſemper intellectum obiectis uti: Re autem uera, ſi ſpectra immediatè accederent, uel eſſent à Deo, vel ab Angelis, vel à corporibus Cœleſtibus emiſſæ, Deum uerò ut benè facta non euertat, aciesq; mentis nimio fulgore non officiatur, ſine medijs intellectum non erigere, ſatis exploratum eſt. Intelligentiæ quidem, quoniam leges naturæ à Deo conſtitutas vigore proprio abrogare minimè poſſunt, modo aliquo non efficiunt, ut ſeriè cauſarum omnino euerſa,intellectus ſine phantaſia ſpeculetur. Cœlum autem cum agens corporeum ſit, in ſubſtantiam immaterialem, quemadmodum eſt intellectus, non agit; quamobrem, ut rectè Diuus Thomas inquit, non poteſt intellectui lumen afferre,nec ipſum diſponere, ſi per phantaſiam ſpecies intelligibiles non effundit. Cognitio igitur etiam à ſuperioribus cauſis proueniens, ſine ſenſu non introducitur; Verùm enimuerò intellectus cum ſpecies ſuſceperit, & ipſæ in eo actu exiſtunt, tunc phantaſmatibus amplius non eget, ſed per ſeipſum ſpeculari poteſt, & operatione à reliquis animæ partibus ſeipſum ſeiungere. Quoniam autem Deus poteſt iura naturalia ſuſpendere & abroga-

rogare, ſuaquè infinita virtute effectibus vim omnem naturalem excedentibus, admirationem nobis mouere: Credet fortaſſe aliquis in alienatione ordine intelligendi non ſeruato, ſpecies in intellectum immediatè transfundi, quare animaduertere ualdè congruum eſt, Deum ordinem cauſarum non euertere, nequè leges naturæ differre, niſi res aliqua ampla, & magna ad hoc agendum uoluntatem eius non trahat; propterea ſi nunc intellectum amota intelligendi ſerie, immediatè illuminaret; congruum eſſet arbitrari, ipſum magna aliqua ratione permotum hoc efficere, ut quippe inconſtantes in fide confirmarentur, uel infideles ad veritatem reuocarentur, & noua iſta atquè admiranda intellectio deberet non latere. Miracula enim tunc animos mouent, cum palàm ante oculos ſe proferunt: quod ſi ſub aſpectu non ſubijcerentur, inconſtantes firmiores non redderent, nec infideles ad veram Dei notitiam conuerterent; ideoquè ſi intellectus ſine phantaſia intelligeret, quoniam actio eius eſſet penitùs in uelamine ſenſus abdita eius officio infinita Dei uirtus non innueretur, nec digna aliqua de cã lex naturæ eſſet abrogata.

Si verò, quoniam nimis frequenter in alienationem cadit, à Deo ſiue ab Angelis non commouetur, neceſſe eſt ut arte aliqua, uel humorum inæqualitate, uel tactu ſyderum, uel Dæmonum perturbatione extorqueatur. Qui malis artibus concitantur ante alienationem, veneficijs, vnguentis, uel ſuffumigijs præparantur, in alienatione acerbiſſima animæ & corporis angore ſentiunt ſpiritus a corpore modo quodam reuelli; poſtea uerò ſolutis iam ſenſibus eos pœnitet ſui execrabilis magiſterij. Melancholici antea lachrymas profundunt, in deliquiores horribiles, & quæ metum & deſperationem inferunt, continuè phantaſiantur; poſtea ſaltu cordis per aliquod non paruum tem-

poris

poris interſtitium grauiter elaborant; qui uerò uirtute cor porum cœleſtium commouentur, anteà ſua corpora exagitari in æqualitate aliqua apertè ſentiunt, in furore uaria diuerſaq; ſimulachra eis occurrunt: ſicut ſtellæ poſitione ſitus uel radiatione uarię diuerſæquè mutuò ſeſe adiuuant uel offendunt. Deinceps quoniam non à principio dante eſſe, ſed potius diſponente alienātur, cauſam furoris ignorant, animoquè pendent, an tactu Cœli, uel Dæmonum perturbatione, uel bilis atræ exceſſu uſum ſenſus amiſerint; Qui verò Dæmonum perturbatione concitantur, antea umbras extimeſcunt in ecſtaſi, ore, oculis, ſupercilijs, reliquiſquè corporis partibus, ualdè in geſtibus peccant, uſu ſenſus iam introducto triſtitia conficiuntur, mendacio fallunt, vel nugis delectantur. At mulier de qua agitur, antea malis artibus non diſponitur, lachrymas non effundit, corporis aduerſa aliqua commotione non conturbatur, timorequè non afficitur, in alienatione ſpiritus eius ſe ſe ad quietem tradunt, res horribiles non uidet, imagines diuerſarum ſpecierum inferentes aliquando bonum, aliquando malum, & non occurrunt, nec membro aliquo geſtus turpes agit; Vltimò uerò reuocatis iam ſenſibus non eam pœnitet, affectionem cordis non patitur, de bonitate cauſæ certitudinem habens, nil ſuſpicatur, mȩrore non angitur, mendacium non dicit, nec nugationem facit; Propterea maleficijs defectu humorum, diſpoſitione ſtellarum, uel Dæmonum acceſſu hoc non effici, conſentaneum eſt arbitrari. Imò cum cetera ſigna bonitatis atquè diuinitatis cauſæ indicium prȩbeant, rationabilius erit credere, illam à Deo, ſiue ab Angelis virtute Dei ſubleuari; at ſi nimis frequenter rapitur, mirum non eſt; Viuens enim ſibijpſi, omninò à negotijs, commercioquè ſeiuncta, continuoquè animo pulchritudi-

tudi-

tudinem Dei contemplans mens eius non diſtrahitur, idcirco potentijs omnibus animæ ſimul in unum confluentibus, illam ultimam diſpoſitionem aſſequitur, quæ neceſſariò requiritur, ut poſſit uehementi contemplatione nobiliorem partem ad Deum erigere, quare obiecto repræſentato poteſt continuè uacante ſenſus operatione diuina meditari, multi uerò ſanctitate, bonitate, atquè pietate prædicti, quod fortaſſe erant varijs curis impliciti, & commercia, ut alijs utilitatem præberent, non vitabant, munus huiuſmodi conſecuti minimè ſunt; nam eorum animus in uaria negotia diſtractus, frequenter rapi non poterat. Sed in congruum eſſet credere illam ſemper in alienatione arcana Dei penetrare, uel futura præſagire. Cùm enim opus non ſit ſingulis horis ecſtaticis ſimulachra futurorum immittere, tàm crebræ abſtractiones ſuperuacaneæ eſſent; propterea forſan non ſemper futura præuidet, nec arcana intra corticem intuetur, ſed tantùm vehementi contemplatione mentem erigens, uberius lumen Dei ſuſcipit, & in hac uita, quantùm humana facultas fert, diuino fruitur bono.

At ſi grauedo corporis in alienatione incrementum ſuſcipit, mirum non eſt; cum enim corpus viuum ſenſu, ſpirituquè regatur ac ſubleuetur: deficiente amborum actione ſeipſum nec ſubleuare, nec ſuſtinere poteſt, ideoquè à uirtute eleuante derelictum, naturaliter grauitate augetur; Verùm ſi grauitas in immenſum excreſceret, ut Symmetriam præfinitam inter magnitudinem & grauitatem corporis plurimùm excederet, potius à ſuperioribus cauſis, quàm à natura proueniret, nam quæ gradum & terminum naturæ excedunt, non eſſe à natura ſapientibus ferè omnibus exploratum eſt; quod ſi modum naturæ pertranſiret, ſignum propterea potius mali quàm boni eſſe ſtatue-

re nemo poſſet, nam ſi vellemus figmenta viribus phantaſiæ componere, partes eius agentes dicerent, grauitatem illam ſignum eſſe optimæ diſpoſitionis; ſicut corpora quò grauiora fiunt, eò magis uirtuti deferentis obſiſtunt ſic illa pondere virtutum librata ac aucta, affectionibus ſenſus, perturbationibus Dæmonum, ac hominum perſecutionibus maiori robore in dies reſiſteret; Res etiam grauiores ad ſua loca pertranſeuntes, à leuioribus non detinentur; ut lapis deorſum tendens, aeris vel aquæ interpoſitione non retardatur, ſed neceſſariò in terram fertur: ſic ei certum ſalutis iter conficienti, leuis mundi vanitas, atquè delectabilis appetitus incitationes impedimentum non inferrent. In contrarium aduerſantes ei dicerent, quod ſicut grauia ſunt imperfecta, adumbrata, atquè impura, ſuopteque nutu deorſum feruntur, ſic illa pondere errorum grauata, mole ſua ad inferiora mala defertur. Cum ergo ex diuerſis atquè contrarijs rationibus diuerſæ atquè contrariæ ſententiæ ferri uideantur, abſurdum eſſet magis uni quàm alteri temerè aſſentiri; imò cum cetera ſigna indicium præbeant eximiæ uirtutis atquè bonitatis, debemus potius cauſam eius agere, quàm ipſam iniuſtè crimine aliquo condemnare. Adde his, grauia ab immobilibus natura & conditione ſatis ſuperquè diſtare, illa namquè principio quodam paſſiuo ſunt apta nata deorſum tendere, immobilia uerò nec ſurſum, nec deorſum cieri poſſunt, ideoquè videntes eius ſupplices manus adeò firmari, ut ſurſum uel deorſum, ad dexteram ſiue ad læuam ſine magna vi deferri non queant, conſentaneum eſt opinari, illas non graues, ſed immobiles quodammodo fieri, idcirco quoniam immobilitas ſoli Deo, ſubſtantijſquè ſeparatis competit; tali ſigno potius opinari debemus, alienationem il-

lam ab optimo, diuinoquè principio dimanare.

QVONIAM autem riſus ſuſpicionem mouet, & indicium nobis potius mali, quàm boni præbet: non immeritò dubitant aliqui, alienationem illam à ſpiritibus malis accidere; propterea animaduertere perutile eſt, Peripateticos conferre motum appetitus motui ſuperiorum orbium. Quod ſi delectabilis appetitus contra uoluntatis motum proprio impetu moueretur, ſicut contra Cœli ultimi lationem Planetæ deferuntur, inferior potentia ſuperiori obſiſteret & motiones earum ſibijpſis aduerſantes eſſent inconditæ atquè immoderatæ; ſi uerò uoluntas conſultationi intellectus aſſentitur, & ſenſitiuus appetitus ei non aduerſatur, ſed ipſi audit, eiuſquè deliberationibus libenter obſequitur, tunc animi motus ratione & ordine diriguntur; propterea ſi illius animæ potentiæ concordia quadam ſibijpſis reſponderent, ut uoluntas intellectum audiret, & appetitus uoluntati obtemperaret, operationes eius ex amuſſim ad normam rationis dirigerentur; quoniam uerò appetitus uoluntati non paret, ſed in contrarium proprio impetu defertur, neceſſariò contingit, immoderatam aliquam actionem ex earum lite dimanare; propterea dum uoluntas conſultatione intellectus propenſa, bonum uniuerſale ultrò exquirit, ipſumquè appetit & proſequitur; ſi delectabilis appetitus eadem affectione permotus, uoluntati ſponte cederet, idemquè bonum optaret & perquireret, proculdubio potentijs omnibus in unum confluentibus, inferior appetitus in operatione non delinqueret, cachinnos non moueret, nec aliquid ineleganter ageret; at quoniam non omnino ſubijcitur rationi, nec ſemper uoluntati indulget, ſed operatione ab ipſa aliquando deficit, proprio impetu ſpiritus mouens riſum, nonnihil incomptum

con-

concitat, quare adhuc non eſſe prorſus obedientem factum rationi apertè indicatur;propterea cenſere debemus illam in bono confirmatam non conſiſtere, ſed deliquio ſenſus poſſe à virtute recedere; ideoquè ſi appetitus riſum mouet, non uideo cur ſapientes cenſere debeant, illam illuſione Dæmonum concitari: nam cognita propria & naturali rei cauſa, incongruum eſt illam in cauſam exteram & innaturalem referre, & præcipuè quod ex alijs ſignis potius boni quàm mali indicium conſtituere debemus, itaquè ſi riſus aliqua ex parte claritatem eius obumbrat, fieri nequit, quin officio ſuo optima animi paſſio indicetur. Cum enim non ob aliam cauſam gaudio afficiatur, & in riſum erumpat, niſi quia quantum ſua natura fert, eadem fœlicitate potitur, qua uoluntas uberius, ac nobiliori nota perfruitur; non leui coniectura proſpicitur illius animam eſſe optimis affectionibus perfuſam.

Haec autem ſi parua in ea imperfectio reperitur, contemnere omninò quæ reuelatione tradit, irrationabile videtur cum habeat enim conditiones, muneraquè illa, quę futura præſagientibus ineſſe debent, immeritò fides eius abrogatur: uiuens primò ſibijpſi, à commercijs ſemota, in uaria negotia nō diſtrahitur;ideoq; diuino aliquo numine extrinſecus accedente, nulla interpoſita mora, animus poteſt ſeipſum ad ſuperiora erigere, pulchritudinem Dei intueri, futuraquè præuidere. Secundò, caſtitate, pudicitia, abſtinentia, & ſobrietate, turpes atquè immoderatas animi affectiones mirificè reprimens, ſeipſam tali munere dignam reddit, nam ſicut nimio potu, cibo, petulantia, atquè impudicitia animus opprimitur atquè coinquinatur: ſic ratione conuerſa, ſobrietate, abſtinentia, caſtitate, & pudicitia erigitur atquè expurgatur. Debet tertiò qui futura præſentit, non eſſe mendacijs aſſuetus, nec fal-

lacijs delectari, ſed frequenti vſu ueritatis habitu animum exornare;nam ſicut conſuetudo mentiendi reddit animam fallacem, ſic contra uſus ueritatis introducto, aut ſemper uerum enunciat, aut de facili à ueritate non diſcedit. Expreſſis propterea ſignis, videntes nos illam ueritate præditam eſſe, opinari debemus,mendacio non fallere,nec fictis præſagionibus alios decipere. Debet quartò præſagiens ſupplicibus precibus, diuiniſquè Sacramentis uti, ut eorum virtute Deo inhærens, poſſit ſe muneris vaticinij compotem facere. Cum igitur illa à negotijs ſeiuncta,ueritate & temperantia falſitates & uoluptates reprimat, humileſq; obſecrationes,diuinaq;Sacramenta aſſiduè frequentet, incongruum non eſſet dicere,illam diuino furore incitatam, poſſet futura præſagire.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L.

V E N E T I I S, M D LXXXIX.

Apud Dominicum de Farris.